

Alte Drucke

**Elenchus Primus || ERRORVM || ANTONII SADEELIS || IN
LIBELLO DE VE-||ritate humanæ naturæ || Iesu Christi. ||
Auctore || M. BALTHASARE || MENTZERO ...**

Mentzer, Balthasar

Witebergæ, 1598

VD16 ZV 30859

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149144

Elenchus Primus

ERRORVM

ANTONII SADEELIS

IN LIBELLO DE VE-

ritate humanæ naturæ

Iesu Christi.

Auctore

M. BALTHASARE

MENTZERO ALLENDORFENSE

ad Salinas Hassiacas, Ecclesia Kyrttorfen-
sis in Hassia Pastore.


P R Æ F I X A E S T P R Æ-

fatiumcula

ÆGLIDII HVNNII

Theologiae Professoris in Acade-
mia Witebergensi

5 pp. M. Editus



15

98


Wax.

Witrb. A. 1606.

WVITEBERGAE,

Typis Zachariae Lehmanni.

Impensis Venceslai Lobi.



CHRISTIANO
LECTORI ÆGIDIUS
HUNNIVS salutem &
gratiam à DEO
precatur.



VENIAMODVM IN CIVITATE aliqua sunt distinctæ domus, tecta & sedes singulorum civium, familiæ quoq; sic à se invicem separata, ut rebus pacatis & tranquillis quisq; Paterfamiliâs curet ea, quæ suam attingent rem œconomicam, nec alienæ rei familiaris administrationi se immisceat; at verò cum tumultus aliquis, sive motus, aut incendium exoritur: non jam quisque domi suæ desideret ociosus, sed è cunctis ædibus, vicis & plateis oppidi se agminatim effundunt, factoque concursu hoc unum agunt omnes, ut commune periculum velut à cervicibus Reipub. depellatur, ne fortè civibus in ea tempestate Reipublicæ stertentibus malum illud vires & incrementa sumat, & universa tandem civitas irrecuperabili cum damno pessum eat: sic ad amussim res Ecclesiæ Dei in hoc seculo comparata sunt.

Est enim Ecclesia civitas illa DEI dilecta, fundata in montibus sanctis, quam Dominus sibi sedem & habitaculum delegit.

EPISTOLA

git. Hujus cives sunt Christiani, nominibus suis in album incolarum supernæ Ierosolymæ relati. Hæc DEI civitas Ecclesia Catholica dicitur, & celebratur in articulo symboli Apostolici: Credo sanctam Ecclesiam, sanctorum communionem.

Porro hujus Catholicæ tanquam matris filia: sunt Ecclesiæ diversarum provinciarum & regionum particulares, quibus singulis singuli sunt præfecti Vigiles, Pastores & Episcopi; Et hi sanè quamdiu res Ecclesiæ in tranquillo sunt, expediunt ea, quæ suæ cujusq; sunt Parochiæ Diœceseos & inspectionis propria, Ceterum si qua communis calamitas infestat Ecclesiæ Civitatem, hoc est, si falsa sparguntur dogmata & exitiosæ gliscunt hæreses: ibi verò decet Ecclesiæ Doctores, tanquam ejusdem πολιτεύματ & concives (quorum unum corpus est, unus Spiritus, unus Dominus, una fides, unum Baptisma, unus Deus & Pater omnium) non ociosos agere tantæ calamitatis spectatores, sed ad commune restituendum incendium consilia operaq; suas conjungere, & ut Apostoli verbis utar, laborantem ac decertantem fidem Evangelij fideliter adjuvare.

Quod studium mutuum reprimendi exorientes hæreses in præcis Ecclesiæ Patribus

DEDICATORIA.

tribus entulle, hystoria Ecclesiastica testis est. Et enim si qua fortè nascebatur hæresis, illicò disiunctissimarum etiam regionum & partium orbis Episcopi certatim eò laborabant, ut conjunctis animis, sententijs & suffragijs autores fallorum dogmatum coërcerent, quò sua constare posset Ecclesiæ illibata puritas, & ab errorum labe, quoad in tantis Satanae furoribus confieri poterat, defecata orthodoxa Veritas.

Certè si senescentis Ecclesiæ factem inueamur; nimis est notum, quàm terrum quamq; foedum excitarint incendium illi fumigantes titiones, Carolostadius, & Zvinglius, quomodoq; Calvinus id impurissimis suis Scriptis adauxerit. Quorum nefaria hæresis haud aliter atq; olim Hymenæi & Phileti dogma serpit ut gangrena, instar rapidissimæ flammæ obvia quæque corripuens, Deiq; civitatem illam horrendum in modum vastans. Hic verò jungendæ operæ erant, hic restinguendi tanti incendij causa catervatim accurrendum, hic pijs ad Deum precibus, mutuis admonitionibus, maturis deliberationibus, privatis pariter & publicis scriptionibus, cunctisq; legitimis rationibus atq; modis elaborandum erat, ut effrenis illa Calvinistarum protervia ceu repagulis

EPISTOLA

objectis cohiberetur. Et faciunt fanè non
 parte suam hac in parte officium sedulo
 ac diligenter. Quanquam sunt alij, quos
 in prima acie stare, & adversus hostes ve-
 ritatis animosè depugnando reliquis ex-
 emplum præbere conveniebat: Qui aut
 certaminum pertæsi, aut studio declinan-
 di odij hujus mundi manum de tabella
 subducunt, & quasi debellatum sit, arma
 seponunt, forte quòd malint esse Comœ-
 dia rerum humanarum octosi spectatores,
 quàm negotiosi actores.

Interim Deus Ecclesiam suam non de-
 stituit fidei assertoribus doctrinæ cælestis:
 sed ut olim Sacerdotibus cessantibus face-
 re officium excitavit Prophetas, quorum
 ministerio cultus à corruptelis Pseudo-
 prophetarum vel etiam impiorum sacer-
 dotum repurgaretur: sic hodiè nonnullis,
 vel cessantibus, vel in utrumq; latus clau-
 dicantibus, quasi vocatione Dei sufficiun-
 tur alij, quorum opera salutari Deus ad-
 suum in tertis opus expediendum utitur,
 ne Calviniana lues in infinitum grassari
 in Ecclesia possit.

Horum ex numero est Reverendus &
 doctissimus Vir, M. BALTHASAR
 MENTZERS, Ecclesiæ Kirttorfensis
 in Hallsia Pastor fidelis, & meus in Chri-
 sto amicus honorandus. Is pro dono sibi
 divini-

DEDICATORIA.

divinitus concessio, & ingenij, quâ valet, præstantia, Antonij Sadeelis librum, cui de Veritate humanæ in Christo Naturæ titulum fecerat, eruditè, nervosè, graviterq; refutavit. Quam Refutationem ut primum vidi, & quibus in dissolutione sophismatum uteretur nervis, legendo cogovi, statim hoc meum fuit de illo iudicium, si typis invulgetur, fructum minime poeniendum afferre posse his, qui tricis sophisticis officiarum Sadeelitarum, ceu præstigijs quibusdam, sic occæcati sunt, ut splendentis in meridie veritatis doctrinæ cœlestis lucem intueri nequeant: plurimum etiam utilitatis allaturam sacræ Theologiæ tyronibus, ne se nugacissimis illis ineptiarum Calvinisticarum futilitatibus (quas tamen exoletas merces Sacramentarij pro meris oraculis venditare solent) in fraudem aut errorem induci patiantur. Itaque re eum nonnullis præcipuis harum regionum Visitatoribus Theologia deliberata, quasdam paginas legendas tradidi, quæ ita placuerunt, ut in limine libri manu scripti honestissimum annotatû iudicium sit, dignissimum esse, qui publici juris fiat. Impressionem ejus pro virili mei parte promovî: nihil addubitans: Autorem pro pia sua in Ecclesiam affectione hanc lucubrationum suarum editionem

EPIST. DEDICAT.

non laurum agrè, sed hoc secum reputaturum esse, quod donum hoc redarguendi contradicentes ed accepit, ut ad communem usum Ecclesiæ & assertionem laborantis veritatis conferat.

Quo etiam nomine laborem Viri hujus præclare docti bonis omnibus, quo possum studio diligentiaq; commendo. Verè enim affirmare ausim, aciem argumentorum Sadeelis, quibus hætenus tantoperè superbiebant Sacramentarij, responsione modesta, eaq; brevi sanè, sed gravi & nervosa sic retrusam esse, ut lector Veritatis orthodoxæ cupidus per Dei gratiam adminiculo hujus libelli ex illis triticis spinarum Sophisticarum sese perfacile expedire queat. Dominus Iesus lucem agnitionis suæ, quam semel in cordibus nostris accendit, non sinat errorum Calvinisticorum tenebris cœnubulari, sed in veritate nos sanctificet, servet, beet & custodiat in omnem perpetuitatem. Amen.
 VVitebergæ ex Musæo, die 27. Septembris,
 Anno exortæ gratiæ 1593.

Ægidius Hunnius D.

IN

IN CATONEM CEN-
sorium amici *ῥήσας ἡγή κτήσας*
singularis.



*Dæscriptam fidei quoties excedere
metam*

*Contendit ratio viribus usa
suis :*

*Implicat extremis semper se erroribus, extra
Promissæ med. um lapsa salutis iter
Nestoris ad summum connixa, sed Eutycheis imo
Fixa gradu vanam fecit utriq; fidem.
Eutycheis in summo communitio, Nestoris imo
Falsa gradu pessum pessimè utrumq; dedit.
Dum fugiunt scioli vitia, in cōtraria currunt : „
Si ratio cogit sub sua iussa fidem.
Hujus & illius Medium tenuere beati ;
Si rationem arctat sub sua jura fides.
Mentzeri est acroama, bonas cui collocat horas,
Et vita Studium comprobat ipse pium.
Hoc potius (quodcumq; vomant mendacia crimen
Est animo, ratio quàm speciosa, meo.*

M. Iohannes Hugius
Hassus f.

DE EODEM AFFL
NIS SVI OCVLITVS

amati Elencho M. IOHAN.

NES SHRODERVS

Treifensis Hassus.



Nius angusto nucula monumenta
laborum

iliacum quondam amplexu potuisse
recondi

Scribentis solerte manu, si serior atas
Mirari potuit: Menzerum copia major
Mirandi fuerit, qui dio numine plenus
Magnum pagellis curtis inclusit opum vim.

Durum illic Mavortis opus, campiq; cruenti,
Fataq; per technas Troiae pereuntis Achivas:
At plene angusto dantur spectanda theatro
Heic flos Doctrinae melior, Patrumq; piorum
Prælia & armorum, quibus Orco monstra
triumphis

Debellata sacris miserunt, pulchrior usus:
Si qua tuas Arri scelerato gutture voces
Blasphemæ effusas jugularunt legibus æquis:
Aut si multarunt cum principe Samosateno
Nestorij errores Christum geminantis atroces:
Aut si quisquam alius stolidè ignorare putavit
Humanam Christi mentem, quod nescijt ipse,

Sive

Sive cathenatas fraudes Sadeelis & artes
Dilapsas malis; verum superare triumphos
Cernes, & fastum, quem prava Sophistica jactat,
Qui castæ Sophiæ castiget rector usus.
Talīs Mentzeri genius; si paucula fatur,
Optima quod promit, non pauca, sed omnia dē-
stat. (pena?)

Ilias ergò quid est? quid nux? quid Dædala
Aut solers pollex? mirari cesso. Libellus
Mentzeri nostri, privatos natus in usus,
Publicè eat, quem, dum Nasus confingit inertes
Censuras, Pietas miretur docta viritum.



ÆGIDIUS HVNNIVS

LECTORI SALVTEM

precatnr.

Basilij magi



Quod alibi transitivè com-
municari Deitatis idioma-
ta dicit Auctor, non quen-
dam illorum ex Deitate
transitum in carnem velut aliud sub-
jectum intelligit. Hoc enim ipsemet di-
versis in locis evidentissimè reprobat.
Sed vocem eam verbali communica-
tioni opponit, innuens propria τὸ λόγῳ
Carni verè μετὰ δὶ οὐδὲ, Carne vide-
licet transeunte in personam verbi, si-
mulq; in τὸν λόγον idiomatum realem
per unionem translata. Quo sensu
Frenæus lib. 4. capite 59. Vigilius
lib. 1. contra Eutychem phrasè hæc
palàm utuntur. Idemq; vult

Patrum μετὰ λόγῳ

illa. ipsam et

Christum et

DE-

DE TITVLO LIBELLI ANTONII SADEELIS.

Describit Antonius Sadeel tra-
ctationem suam Theologicam &
scholasticam de veritate huma-
næ naturæ IESV CHRISTI:
subinnuens scilicet isto titulo, et
verti naturam humanam in persona Christi,
si vera statuatur & realis eius præsentia in sa-
cra cæna, in Ecclesia, in medio inimicorum. Sed
cum argumentum istud accuratè in ipso libro
pertractetur, sufficiat nobis hic quasi digito
monstrasse, reservaturis suo loco plenam respon-
sionem.

Porro disputationi istæ hæc ἐπιγραφὴ mi-
nus rectè tribuitur: cum sit contra omnipræ-
sentiam corporis Christi directæ, ut patet ex
pag. 3. & subinde repetita hæc conclusio:
Ergo corpus Christi non est ubiq;. Quan-
quam enim ad illius quæstionis explicationem
argumentum istud adhibetur de naturæ huma-
næ veritate & proprietate: tamen, cum & alia
afferantur in medium, & ex ipso ἐπιγραφὴ sit
indendum nomen, non ejus probatione excusa-
ri titulus ille non potest sine confusione τῶν ἐπι-
γραφῶν, & eorum, quæ ad τὴν ἐπιγραφὴν ex-
plicandum pertinent. Quare hic Plinianum il-
lud locum non habebit, quo & scriptores &
lectores

lectores admonentur, ut sæpè titulum respiciant, tanquam breve totius operis argumentum. Aut si erit ille conformandus: Contra omnipræsentiam naturæ humanæ Iesu Christi. Sed & istud nomen forsàn erit angustius huic tractationi: in qua & reliqua doctrina de communicatione idiomatum proponitur pag. 34. & sequentibus. Quare nos ita censeremus inscribendum librum: Contra realem idiomatum communicationem: nisi ipse autor tum in præfatione fol. 3. fac. b. lin. 3. tum in formatione status p. 3. solius omnipræsentie expressam mentionem fecisset.

De præfatione ad illustrissimos, principes &c.

Ex Eutychetis cineribus excitatum esse ait (at falsò) dogma omnipræsentie corporis Christi: atq; eodem everti substantiam humanæ naturæ. Agit de methodi suæ rationibus. Concedit nonnullos ex doctissimis videri non omninò alienos ab omnipræsentia corporis Christi, ut pro se possit intelligere. Sæpè ait concreta pro abstractis, & vicissim hæc pro illis usurpari. Optat collocationem &c. De his verò (quantum quidem opus videtur) in ipsa tractatione suis locis attingetur.

C A P V T P R I M V M

Exordium quod Augustini sententiam memorabilem continet (de divina & humane naturæ in Christo unione singulariter mirabili, &c.

& mirabiliter singulari) valde approbamus: ex quo cum argumenta nobis nonnunquam petenda sint, monendum fuit, ut accuratè perpendatur, quicquid hic sadeel proponit. Nam quod ex Augustino hic adfertur, ejus videbimus ἐπιφάνειαν apud Sadeelem pag. 154.

Recitat Sadeel sententiam primùm suam, deinde nostram, de unione personali & communicatione idiomatum. Pag. 1.
& 4.

1. Ait: Humanam Christi naturam exornatā esse donis summis et incomprehensibilibus: quatenus ipsius naturæ essentia ferre potest.

2. In recitatione nostræ sententiæ tantum mentionem facit omnipræsentiae: ommissa vivificatione, omnipotentia, omniscientia &c. cum non minus de his, quàm de illa controvertatur. Facit verò illud hoc consilio, ut latere tutius possit & alios fallere sub usitato sibi & socijs nomine ubiunitatis. A qua tamen ubiunitate (qualem quidem Sadeel cum sectatoribus suis describit) quam alieni sint sinceri Augustinæ confessionis socij, demonstrant protestationes illæ manifestissimæ D. Lutheri & aliorum: quæ in Apologia libri Concordiæ cap. 9. & alibi habentur. Ac quod ad rem ipsam attinet de hac disputatione, explicatur in præfatione libri Concordiæ, quomodo ad eam pertracti sint ab adversarijs D. Lutherus & ὁμοῦ ἰσθῶν. Nisi enim negasset Cinglius & assecla veram & substantialem corporis Christi in sacra cæna præsentiam; minime

minime foret tanta acerbitate de hoc doctrinae capite disceptatum. Ac ne nunc quidem de ubi-quitate quisquam litem adversarijs moveret, si praesentiam Christi hominis seu secundum humanam etiam naturam, in Ecclesia & sacramentis, vere & sincere crederent & docerent.

Porrò diligenter notandum est, quomodo nostrae sententiae suam opponat Sadeel, At ille: naturam humanam Christi exornatam esse donis summis & incomprehensibilibus. Atqui id nemo nostrum negavit unquam. Hic verò tanquam ἀκμὴ proponitur futurae disputationis: cum sit extra omnem controversiam. Ελεγχθῆναι ἴσθι τὸ ὑποκειμένον: neque vere statum formavit Sadeel: id quod deinceps clarius etiam apparebit, pag. 3.

Istud autem erat Sadeeli preponendum, & argumentis demonstrandum: quòd unio personalis faciat tantum communia nomina, & communes titulos, & quòd divinas λόγους nihil habeat cum humanitate realiter commune & vicissim. Hoc enim caput est controversiae. Cui ex altera parte opponere debebat nostram sententiam non mutilatè (quod facit) sed integrè. Recitat enim in descriptione nostrae sententiae tantum tertium gradum seu genus communicationis omisis prioribus duobus. Qua de re suo loco plenior sequitur expositio.

Patet enim ex his, in ipso disputationis vestibulo, non posse nihil desiderari in Sadeele: cuius

Jus studium in veritate indaganda propria præfatio multum commendat. Ille profecto error ingens est, ne quid dicam gravius. 1. Proponere res non controverfas, tanquam controverfas: id quod fecit in sua sententiæ recitatione. 2. Proferre aliorum sententiã mutilatè: quod commissit in nostræ confessionis explicatione. Neque est ut dicat Sadeelhe tantùm contra omnipræsentiã disputaturum. Aliud enim & titulus libri monstrat (quo affirmat se de veritate humane naturæ Christi acturum) et totus hic tractatus testatur. Et erit infra peculiare caput: contra realem proprietatum communicationem.

Cæterùm quod attinet ipsam integram nostrarum Ecclesiarum de toto hoc capite sententiã: requiratur ea apud synceros doctores, & ex libro Christianæ Concordiæ. Nos enim errores demonstrare Sadeeliticos, & eorum solutiones paucis proponere animum induximus: quod quidem felix & faustum esse jubeat is, cujus causse patrocinamur. Amen.

Recenset modos considerationis corporis Christi, & distinctiones, quibus nostram sententiã inniti ait. Verùm sententiæ nostræ fundamentum est Dei verbum: cui rectius explicando & facilius intelligendo distinctiones à nobis adhibentur. Quod quomodo fiat, infra apparebit suo loco.

In extremo hoc capite calumniam nota. In Pag. 3.

6 CONTRA ANTO: SADAEL.

simulat nos Sadeel. quod statuamus: Humanam naturam Christi esse finitam simul & infinitam. Contra liber Concordia expressè dæmonstrat si quis dicat humanitatem esse factam infinitam. Anathematisimo 3. de persona Christi. Que calumnia eò est atrocior: quia nobis impunitur in ipsius status seu τὸ ἁγίου εὐσ formatione. Et sepius recurret, sicut videbimus.

CAPVT SECVNDVM.

P. 3. 4. Recitat hoc capite fundamenta sua Sadeel, qua ait ex diuinis literis esse desumpta. Atq; adfert sanè sacra scriptura verba, sed sensu plerunq; corrupto: id quod ostendendū nobis erit. Ordine enim Sadeelitico singula dicta excutemus, ut res tota fiat manifestissima. Hoc enim capite expugnato, porrò nihil erit solidi, unde sententiam suam stabilire queat.

Pag. 4. Ponitur primo loco Iohannis illud: Verbum caro factum est. Quam auream sententiam meritò suspicimus & facimus maximi, urgemusq; contra quosvis Ἐρισμάχου. Obseruetur autem græca vox ἐγένετο: qua quasi digito demonstrat generationem filij Dei. Vnde apud Paulum filius Dei dicitur γενόμενός ex semine Davidis Roman. 1. ex muliere. Galat. 4. & Philip. 2. γενόμενός ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων: quod sic ipse Apostolus exponit λαβὼν μορφὴν θεού. Ex quibus Damascenus concludit hypostasin λόγου factam esse humanita-

eis quoque hypostasin. Atque hinc D. Athanasius in symbolo sic describit hoc mysterium, ut dicat incarnationem esse assumptionem humanitatis in Deum. Ut verè nunc & orthodoxè dicatur: Verbum est caro. Caro est Verbum: vel, ut usitatè loquimur: Deus est homo, homo est Deus. Qua de re inferiùs plura dicenda erunt. Atque sic nostram sententiam hoc illustre testimonium validissimè confirmat: quod in progressu clarius etiam patebit.

Locus secundus à Sadeel: adducitur ex 1. Timoth. 3. Deus est conspicuus factus in carne.

Resp. Acceptamus & nos utraq; manu. Atque hinc conclusimus, quàm arcta sit adeoque intima inter λόγου & assumptam carnem unio & τῆς ἁλώσεως: ex qua hæc consequitur verissima κοινωσία, ut DEVS λόγος dicatur esse natus, passus &c. Quæ minime omnium est verbalis prædicatio, cui res ipsa non subsit, vel ἀλλοιωσις, vel synecdochica oratio, ut nonnulli volum; sed est ipsa res, ipsaq; veritas verbis istis expressa. Unde & verbum vitæ vidisse dicuntur Apostoli & manibus contrectasse: non in proprietate divinæ essentia, quæ videri tangi ve potest à nemine: sed quia DEVS conspicuus factus est in carne: ut hic ait Apostolus.

Tertiò Paulinum istud citatur 1. Timo. 2. Unus mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus.

B 2

Resp.

Resp. Eximium omnino illud est, & nobis perquam gratum. Inde enim necessario colligimus, cum Christus in Ecclesia praesens statuimus, ex sua ipsius promissione: esse et ibi verum, quod ait hic Apostolus, quod sit homo Iesus Christus. At qui in certo caeli spacio humanitatem Christi quasi captivam tenent, & in terris λόγος extra humanitatem praesentem esse affirmant: profecto vim Apostolici axiomatis non ferunt: quod mediator Dei & hominum sit homo Iesus Christus. Hominem enim esse absq; humanitate nefando quidem auditura est. Mediator igitur Christus est in Ecclesia praesens & efficax: non divinitate solum sua, sed & humana natura, à qua nomen illud habet, ut sit & dicatur homo Iesus Christus.

Quarto assertur Epistola ad Hebraeos c. 2. Assumpsit semen Abrahae. Quare per omnia debuit similis fieri fratribus.

Resp. 1. Semen Abrahae humana natura ista est à filio DEI assumpta in persone unitatem: ut λόγος & haec unita humanitas sint & dicantur Iesus Christus, salvator & mediator. 2. Quousque se extendat ista similitudo cum fratribus, in sequentibus prolixè demonstrabitur. Verus homo est Christus. & quae sunt in homine substantialia, insunt ea in Christo homine communia. At non inde sequitur in Christo nihil esse eximium, summum, à vniuerso, quod non & in fratribus reperiat. Le solo enim homine Christo

si dicitur, quod *o* *e* vsu, collocatus ad dextrā
 Dei, rex, pontifex &c. Quae quidem suo loco fi-
 siliis explicabuntur.

Quintus locus ex eadem Epistola deprom-
 ptus est c. 2. Christus particeps factus car-
 nis & sanguinis ijsq; communicavit.

Respondeo. Magnum est pondus istorum
 verborum: ex quibus haec duo maxime obser-
 ventur, quae adhibet Apostolus ad incarnationis
 mysterium explicandum: κεινωσάντων ημε-
 τήν. *Σημείον* & usus fuit vocē ἐπιλαμβάνεται
 αἰματός. *Ἐπιλαμβάνεται* inquit,
 semen Abrahae assumit. Notat igitur Apostolus
 intimam κοινωνίαν ημετῶν μετὰ τὸν λόγον
 & naturam assumptam. Atque hi quidem loci,
 quos haecenus vidimus, nude à Sadeele propo-
 nuntur ad veram ἐνανθρώπισην demonstran-
 δά. Vbi cum consentientes habeat omnes Ortho-
 doxos, valde miror omissum ab ipso fuisse cla-
 rissimum testimonium D. Pauli, qui Colof. 2. de
 Christo: In ipso, inquit, habitat tota pleni-
 tudo divinitatis corporaliter. Quae verba
 singula suppeditare nobis possunt argumenta
 firmissima in hac disputatione: quemadmodum
 infra apparebit.

Quae nunc sequuntur scripturae dicta, vindi-
 canda nobis erunt à depravationibus. In quibus
 primum occurrit illud, Luc. 2. Iesus proficie-
 bat sapientiā & staturā &c. *Αὐτὸς* Sadeel: Cor. P. 4. 5.
 ruptum esse hunc locum à nonnullis,

qui progressus eos in spectrum conver-
xint.

Respondeo. Si qui sint, qui hæc pro spectris
babeant: Sumus Dei beneficio nos ab ijs quam
alienissimi. Verè enim credimus Christum pro-
fecisse, ut staturâ corporis, ita & sapientia,
nempe habituali. Neq; tamen vel volo vel pos-
sum illorum repudiare sententiam, qui dictum
illud interpretantur de motibus Spiritus sancti,
excitantis Christum jam ad hoc, jam ad aliud
opus suscipiendû. Quod enim Sadeel vocis Græ-
cæ (πλήρης δυνεως) vulgarem versionem carpit,
nullo id facit (soudo fundamento. Nisi forte ne-
gare velit illud Paulinum (in ipso recondita
sunt omnes thesauri sapientiæ & cogni-
tionis) ab ipso conceptionis momento esse ve-
rissimum. Quid? quod ipse Lucas, optimus suo-
rum verborum interpres sic scribit cap. 4. ἵσθες
δὲ πνεύματι & ἀγία πλῆρης, Iesus plenus
Spiritu sancto? Et quomodo non plenus esset sa-
pientiâ is in quo habitat πᾶν πλῆρωμα τῆς
θεότητος & σωματικῆς? Col. 2. imo ex eius
plenitudine (πλῆρωμα) omnes accepimus?
Iohan. 1. Et cui dat Deus Spiritum absq; men-
sura? Iohan. 3.

P. 5. *Format ex recitatis locis Syllogismum Sa-
deel, cuius est hæc summa: Naturale & verum
corpus est circumscriptum & præditum
suis dimensionibus. Corpus Christi est
verum humanum corpus. Ergo est cir-
cum-*

circumscriptum. Et per consequens, non est ubique.

Respondeo, 1. Explicanda est homonymia in voce circumscriptum. Refertur enim tum ad corporis essentiam: tum ad externum locum. Corpus Christi est & manet circumscriptum (& finitum) quia essentia eius finita est, & proprijs terminis circumscribitur & finitur. Hactenus nobis cum Sadeel convenit. Deinde verò de extremo ambiente loco dicitur, quod circumscribat & contineat locatum: quemadmodum sphaera Mercurij circumscribit sphaeram Lunae. At hoc sensu accipit Sadeel tum hic, tum alibi. Quare 2. addo: Majorem propositionem syllogismi Sadeelitici veram esse de corpore merè physico. Cum verò assumptio loquatur de corpore non merè physico, sed et verè divino id est, ipsius Dei corpore: occurrunt quatuor termini: unde fallit conclusio. 3. Elenchus est παρὰ τὸ μὴ ἀτίον ὡς ἀτίον. Vt enim caro & sanguis Christi praesentia sint in sacramentis & Ecclesia, non efficit illorum proprietates naturalis, sed personalis unio cum filio DEI, & divina promissio. 4. Error est τὸν ἀντιμεταίωπον. Quia Sadeel ἀντιμεταίωπον opponit unionem personalem, & quae ex illa consequitur communicationem, veritati humanae naturae. At in schola Spiritus sancti sunt haec argumenta consensanea. Non enim desinit esse verum corpus, etsi unitum est τῷ δόγῳ, etsi est vivificum, etsi est praesens in caelo

& Ecclesia simul 5. Sic igitur ad absurdum redigo. Verum humanum corpus (quod est circumscriptum), non potest capax esse infiniti. Corpus Christi est verum humanum corpus. Ergo non potest capax esse infiniti (λόγος.) Quare unio nihil est. Ἄδειολογόν ηὐτὴ ἀσείειε.

Act 10.
Marc 6.
Ioh. 11.

Pergit Sadeel concludere. Christus secundum corpus dicitur discesse, adfuisse, abfuisse. Ergo corpus eius non est ubiq.

Respondeo. 1. Per distinctionem, verbi Augustini. Christus adest, abest, adit, abit: secundum veri corporis modum. At hinc minime sequitur: Ergo secundum modum maiestatis non est nisi uno loco. Error παρὰ τὸ μὴ ἀπλῶς, ὡς ἀπλῶς. 2. Eiusmodi dicta de statu exinanitionis intelligenda sunt: de qua sic Apostolus: ἐκένωσεν ἑαυτὸν, evacuavit seipsum ad Philip 2. 3. Naturalis loci proprietates non est οὐτιφαιτικῶς opponenda unioni personali, & promissioni de presentia: alioquin totam fidem nostram corruiere necesse est: quod absit. Sic enim verus homo est Christus, ut veracissimum sit os Christi promittentis presentiam corporis et sanguinis in sacra coena & Ecclesia.

Me non semper habetis vobiscum. Matth. 26. Ergo corpus Christi non est ubique.

Respondeo. Elenchus τῆ συμπερικότῃ. Nisi quis falsam esse dicat (quod absit) insignē hanc promissionem: Ego vobiscum sum
u/q

usq; ad consummationem seculi. Matth. 28. De
 ea presentia Christus loquitur, Matth. 26. c. quæ
 dari ipsi, tanquam egenti, possint vitæ alimen-
 ta; ut evincunt omnes circumstantiæ. Hoc mo-
 dojam non versatur nobiscum: sed alio longè
 sublimiore, tanquam dominus, rex, custos, ponti-
 fex, &c.

Relinquo mundum: A beo ad patrem.

Ergò.

Respond. ἔλεγχθη τῆς φρεσίνης, Mun-
 dus hic sumitur pro mundana conversatione
 μετωνυμῶς. Et Christus mundum reliquit,
 cum per mortem & passionem ingressus est in
 suam gloriam. Quod ex opposito satis manifestum
 est: Christus venit in mundum. Annon etiam
 erat in mundo ὁ λόγος, antequam ex Maria
 nasceretur homo? Atqui est ab æterno infinitus,
 & proinde omnipræsens. Venire igitur in mun-
 dum dicitur, postquam verus homo natus con-
 versatur in mundo juxta conditiones hujus se-
 culi & naturæ (excepto peccato. Denique quid
 opus est Christo, ut mundum (tanquam certum
 locum; ex hypothesis, & ad celis) relinquat, quò
 veniat ad patrem? Siquidem & pater in mun-
 do est: quia ubique est. Hinc Christus ipse:
 pater, inquit, in me est, & ego in patre. Io-
 han. 14.

Non amplius sum in mundo. Iohan.

17. Ergò.

Respondeo, Sumo ex his verbis sententiæ

B 5

meæ

mee fundamentum. Crassus est Sadeel, cum ait: hoc secundum corpus dici. Nam ceriò ium Christus aderat suis discipulis Hierosolymis. Imò de discipulis suis affirmat, quod sint in mundo. Ioban. 17. v. 11. Quibus cum ipse adesset: quomodo fuit extra mundum? siquidem mundus locus aliquem certum notat. Erat autem Christus verè extra mundum, nempe, conversatione mundanam: postquam jam hora mortis acceperat, ipseque paulò antè dixerat discipulis: Non bibam amplius de genimine vitis, donec regnum Dei venerit. Luc 22.

Christus penetravit cœlos. Ergò
Hebr. 4.

Respond. Consecutio hic nulla est: Christus penetravit cœlos: Ergò non est corpore suo præsens in terris. Nam cœlos penetrare est aliquid amplius, quam ad cœlum ascendere. Elias in cœlum quidem euectus est, at nunquam dicitur penetrasse cœlos. Et idem Apostolus ait: Christum sublimiorem cœlis factum Hebr 6. quia ascendit ὑπερταυ πάντων τῶν οὐρανῶν Ephef. 4. De ascensu infra fusius.

Si esset in terra, non esset sacerdos.
Hebr. 8: Ergò &c.

Respond. Mirum sanè genus argumenti. Cum Christus in terris versaretur, annon sacerdos erat Sadeel? Profectò cum pro fidelibus suis ad Deum oraret, Iob. 17. Hebr. 5. Et in ara crucis seipsum offerret: Hebr. 9. v. 10. erat utiq̃
in

in terra. Quid? quod Christus sacerdos est, etiam quâ Deus? Est enim officij nomen. Error est phrasos. In terris esse hîc accipitur, pro terrenum esse. Patet, id ex hoc ipso loco: quia opponuntur sacerdotes Levitici & Christus. Illi iuxta legem Mosaicam peragebant sua sacrificia, et serviebant umbræ. Christus verò sacerdos est iuxta ordinem Melchisedeci. Inspiciatur integer contextus, & antecedentia cum consequentibus conferantur.

Contrectate me & videte. Luc. 24. Ergò corpus Christi est præditum suis dimensionibus.

Respondeo. Christi argumentum tale est. Spiritus non habet carnem & ossa. Ego habeo carnem & ossa. Ergò non sum spiritus. Assumptum probat à testimonio sensuum: quia vident ipsum discipuli & possint contrectare. At hinc non sequitur, quod vult Sadeel. Primum enim respondent veteris Ecclesie doctores, omni-voiciu hanc & dispensationem fuisse peculiarem, quod non solum attrectari se pateretur, sed & cum discipulis vesceretur Christus à mortuis suscitatus, & cicatrices suas ostenderet. Glorificata certè corpora erunt ab omni in universum imperfectione libera. Fidem autem discipulorū sic volebat Christus confirmare. Deinde corpus Christi est verum corpus, etiam glorificatum: sed non est ideo locorum diastasi subjectum, quò minus præsens esse possit, ubi velit. Nec tamen

men nego finitatem hujus corporis, quia semper finitum manet, finitum, inquam, finibus & terminis propriae naturae, non externi loci ambientis dimensione. Quippe in caelo physicus locus nullus est: multo minus ἢ τοῦ λόγου.

Ascendo ad patrem. Iohan. 20.

Respondeo. Non erat opus locali ascensu, ut ad patrem Christus veniet: quia pater ubiq; est. Elenchus ergo est phraseos. Vult Christus hoc significare, se victa jam morte & diabolo in gloriam suam ingressurum esse, patremq; caelestem sic nobis conciliaturum, ut nos ille pro filijs, nosq; ipsum pro charissimo patre habeamus.

Proficiscor ut parem vobis locum, Iohan. 14. Volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum. Iohan. 17. Item: Sequuntur agnum quocunq; jerit. Sadeel haec dicta de certo quodam loco accipit, in quo congregati fideles victuri & gavisuri sint cum Christo.

Respondeo. 1. Beatitatem fidelium scriptura definit non definito aliquo loco caeli Empyrei, sed visione, agnitione & fruitione Dei: quem Paulus fore ait omnia in omnibus. Corinth. 13. & 15. 2. Conciliet Sadeel suam opinionem cum hac Christi sententia, Matth. 25. ubi ad pios: Possidete, inquit, regnum paratum vobis à jactis fundamentis mundi. Num opinatur Sadeel, Christum novam arcem in caelo fabricasse, postquam in caelum ascendisset, ut eo

p̄i recipiantur? Ac de novissimo quidem die affirmat scriptura, futura tunc nova omnia, cælum & terram. Ergone locus ille, quem Christus ascensu suo paravit, conflabit igni? Sed plus satis de profanis istis cogitationib. Est enim ea Christi mens is in locis paraturum se locum; id est, aperturum viam ad cælestem beatitudinem. Quomodo vulgò dicimus: Facile locum inveniet virtus apud honestos viros: id est grata erit & acceptabitur. Dicitum Apocalypseos propriè hunc habet sensum: Fideles secuturos agnum quocunque jerit: hoc est, observaturos mandata Christi, & ad nutum ejus ambulaturos.

Transformabit corpus nostrum humile, ut conforme fiat corpori ipsius glorioso. Ergò.

Respondeo. Consecutio fallit, propter Phil. 3^o
 κατὰ λόγον ἀ non causa ut causa. Neque enim transformatio sive glorificatio causa statuitur presentie corporis Christi in Ecclesia: sed, ut jam antè dictum est sapius, promissio divina & unio hypostatica cum λόγῳ: quarū illa voluntatis est, hæc facultatis seu δυνάμειος.
 2. Conformitas illa gloriosi corporis Christi cum alijs fidelium corporibus (que in summa cælestis vite gloria et honore consistit) minimè evertit prerogativas illas, que soli Christo secundū humanam naturam competunt. Hæc enim uni Christo singularis gloria relinquitur secundum carnem:

carnem: quod ea (caro) personaliter unita est filio DEI. Cui enim dixit unquam angelorum: tu es filius meus? Hebr. 1. 3. Denique quæ sit glorificatorum corporum futura conditio, in beata illa vita cognoscemus. Fatetur infra Sadeel in momento temporis esse illa posse, ubi ubi velint. Quod quàm bellè conveniat cum ista quantitatis dimensione, de qua hic verba facit, ipse viderit. Iesus crucifixus non est hic, Matth. 28.

Respondeo. Elenchus accidentis est. Ipsi Angeli respondent apud Lucam, cap. 24. Quid inter mortuos queritis eum qui vivit? Non igitur simpliciter sermo est de presentia Christi: sed respicit Angelus ad resurrectionem: cum mulieres ista venissent unctura Christum mortuum.

Pag. 7.

Quod addit Sadeel de presentia visibili: argumentum est Thomisticum. Dolendum est, eò progressam esse audaciam ingenij humani, ut credere Christum, quàm homo est, presentem velit, nisi oculis videat, manibusq; palpet. Nos contra istud Salvatoris observemus: Beati, qui non vident, & credunt. Ioh. 20. Sed de visibilitate corporis Christi infra pròlixius.

Recessit ab eis. Luc. 24. Ergò.

Respondeo. Perversa conclusio. Cum Spiritus sanctus sic potius concludat: Christus assumptus est in cœlum: & operatus est unà p̄ adicantibus discipulis ubique. Marc. 16. Et ipse

ipse Christus jam jam in cælum adscensus ait:
hoc ipsum Sadeelus ὁπίσμεν redarguens: Ecce
Ego vobiscum sum usque ad consummationem
seculi.

Quem oportet cælum capere. Matt. 28.

Respondeo. Insigniter hunc locum Sadeel
corrumpit: ut maxime præ se ferat, velle se ge-
nuinam ejus sententiam indicare. Ait, oportere,
ut cælum capiat Christum. Alij (Sadeelia
suci) maluit sic efferre: Christum cælo capi. At
neq. id Grammatica patitur constructio: neque
res ipsa ferre potest. τὸ δ'ἐξᾶδς, quod est me-
dia διαβέστωσ, sumitur hic active: quod Sa-
deel non negat. Ordo constructionis hic est: τὸν
(ἄριστον) δ' ἐξᾶδς ἕσων. Vt ἄριστος sit
antecedens seu subjectum in propositione: δ' ἐ-
ξᾶδς ἕσων sit consequens seu prædicatum.
Nam si sic esset construendum: ἕσων δ' ἐ-
ξᾶδς ἄριστον, necesse esset articulum addi
τῷ (ἕσων) hoc modo: τὸν ἕσων δ' ἐ-
ξᾶδς ἄριστον. At contrarium est apud Evange-
listam, Relativa enim vox, quæ articulum in-
cludit, refertur ad τὸ (ἄριστον) ut sic resolven-
dum sit: τὸν ἄριστον δ' ἐξᾶδς ἕσων. Verè
ergo & rectè dicitur: ὁ ἄριστος δ' ἐξᾶδς ὕσων.
Si passiva versio habere locum deberet, di-
cendum foret ex Græci sermonis consuetudine:
τὸν ἄριστον δ' ἐξᾶδς ὕσων. Vel præmisso
articulo, τῷ ὕσων: Quemadmodum Plutar-
chus ait in Themistocle, δ' ἐξᾶδς τῷ τείχεσ.

τοῦς ἰσχυροτάς. Sed non est opus alijs argu-
 mentis, cum interpretem habeamus hujus dicti
 omni exceptione majorem, nempe D. Paulum:
 Qui paraphrastice reddens nobis hunc locū ita
 scribit, 1. Corinth. 15. Nam oportet eam (Chri-
 stum) regnare: usq; quò posuerit omnes inimi-
 cos sub pedes suos. Quod Lucas vocat Cælum
 capere: id Paulo regnare est. Tempora verò τῆς
 ἀποκαταστάσεως, restitutionis omnium vocat
 Paulus, quando Christus devictis omnibus ho-
 stibus & prostratis regnum patri traditurus est.
 In faciem igitur D. Paulo contradicit Sadeel
 negando cælum capere idem hic esse ac regnare.
 Atq; si, ut vult Sadeel, Christus cælo capitur usq;
 ad tempora τῆς ἀποκαταστάσεως πάντων:
 quæro ego ex eo, anne & cælo tum capiendus
 sit Christus, postquam magnum illud iudicium
 in extremo die peregerit, omniaq; restituerit?
 Id enim expressè Lucas negat. Deniq; addo hoc
 vice coronidis: si cælo capitur Christus usq; ad
 extremum diem: non igitur Paulo apparuisse
 verum Christum in via Damascena. Act. 9. nec
 adstitisse in castris, Act. 23. nec distribuere
 corpus suum in sacra cæna, Matth. 26. Ἀδι-
 λογα. Ἄπειρα.

Pag. 8.

Iesus receptus est in cælum Act. 1.
 Veniet in nubibus cæli, Matth. 24. Expe-
 ctatur è cælis, 1. Thess. 1. Usque quò vene-
 rit, 1. Corinth. 11. Peregrinamur à Domino:
 2. Cor. 5. Cupio esse cum Christo. Philip. 3.
 Respon-

Respondeo. *Dicta illa scriptura omnia
 absit ut quisquam Christianus neget. At quam
 ex ijs conclusionem necesse sit Sadeel pernegamus.
 An: veram corporis Christi & realem prae-
 sentiam in terris ante novissimum diem
 expectandam non esse? Videat Sadeel atque
 etiam videat, quam sit vanus & inani promif-
 sor hiatus, egregie scilicet declamans de vera
 praesentia corporis & sanguinis Christi in sacra
 caena. Vide utrunq; ipsius tractatum de mandu-
 catione tum spiritali, tum sacramentali. Novi-
 mus enim caenam dominicam in terris celebra-
 ri, ubi Christiani congregantur: οὐτως Χρισ-
 τὸς ἔσται, inquit Apostolus I. Cor. II. Atqui
 Sadeeli non est expectanda vera praesentia cor-
 poris Christi in terris, ante novissimum diem.
 Quare in sacra caena corpus Christi non est prae-
 sens. ἀσθενῶ. Ad argumenta. Fatemur Chri-
 stum corpore suo recessisse à nobis visibiliter,
 ait angelus Actor. i. sive videntibus Apostolicis
 quo modo & rediturus est ad iudicium. At
 hinc non sequitur fallacem esse promissionem:
 Ego ero vobiscum usque ad consummationem.
 Matth. 28.*

Peregrinari porro dicimur à Domino: non
 quia ille prorsus à nobis abest: sed quia non
 fruimur pleno ipsius aspectu: (ut Apostolus ipse
 explicat, I. Corinth. 13. Et hoc ipso loco: per
 fidem, inquit, incedimus, & non per aspectum:)
 ut quia ad veram illam patriam caelestem ad-
 scēdamus.

spiramus ex mundana ista peregrinatione. De qua sic aliquando regius Propheta : peregrinus sum apud te, inquit, incola ut omnes patres mei. Psal. 39 Vide etiam Gen. 47.

Eodem pertinent duo reliqua dicta à Sadeel allegata ex 1. Thessal. 4. Dominus descendet de cælo, Rapiemur, in nubes obviam Domino : Quivus reditus Domini visibilis ad iudicium significatur. Ac profectò hæc ratiocinatio in Logica schola Spiritus sancti non valet : Christus abiit visibiliter ad cælum : redibit visibiliter ad iudicium : Ergò corpus ipsius non est in sacra cæna præsens, nec in Ecclesia. Opponit ista duo Sadeel tanquam ἀντιφασικά : sed sunt ea Spiritui sancto maximè consentanea : & utriusq; nititur manifestis scripturæ testimonijs. Quare demonstrator Sadeel hoc tantum demonstrat, se locos scripturæ non sobriè interpretari, sed in sensum alienum detorquere, ut hætenus vidimus.

Et cum sint talia Sadeeliticæ ἀποδείξεις fundamenta, arenosa nimirum & lubrica : facile colligere quivis potest, quale nobis sit expectandum ædificium. Sed placet totam fabricam penitiùs introspicere.

Sic igitur demonstrando concludit.

P. 9. Nullum corpus, quod est verè & essentialiter humanum corpus, quod accedit, palpabile & visibile est, præditum carno

carne & ossibus, cui nostra corpora conformia futura sunt: potest esse omnipræsens sive ubique. Corpus Christi est tale, Ergò non potest esse ubique.

Respondeo. 1. ad $\pi\rho\acute{o}\delta\alpha\sigma\iota\upsilon$: loqui eam de corpore merè naturali & physico. Assumptiù igitur fallax est. Etsi enim ipsius Christi est verè humanum corpus: tamen non est merè physicum, aut tantùm naturale & humanum: sed est filij Dei corpus, diuinum corpus, deificatum corpus, ut ex orthodoxis patribus quidã appellant. 2. Si vult Sadeel corpus Christi iudicare tantùm ex $\pi\acute{\alpha}\theta\epsilon\sigma\iota$ naturalibus: tollat igitur prerogatiuas, quas ipse illi concedit incomprehensibiles. 3. Si essentialis corporis proprietates in causa est, ut præter eam tribui nihil corpori vel debeat, vel possit: Consequitur carnem Christi non esse vivificam: imò carnem Christi non esse $\tau\acute{\omega}$ $\lambda\acute{o}\gamma\omega$ unitam. Quod quidem sic conficio. Essentialis corporis proprietates hæc est, ut esse non possit nisi uno loco. Atqui δ $\lambda\acute{o}\gamma\omega$ nec locus est, nec sunt in eo loca. Corpus igitur Christi non est in $\lambda\acute{o}\gamma\omega$. \AA δ $\epsilon\acute{o}\lambda\omicron\gamma\omega\upsilon$. Propositio Sadeelis est. Assumptio est $\acute{\alpha}\xi\iota\omicron\pi\iota\varsigma$. 4. Deniq; consideretur, quæ sit hæc in Theologia methodus. Sacra scriptura promittit & monstrat corporis Christi præsentiam in sacramentis & Ecclesia. At hanc præsentiam corporis proprietates non ferunt, ait Sadeel. Falsa est igitur.

Contra nos hanc opponimus ἀπόδειξι.
 Quodcunque sacrae literae expressis &
 claris verbis affirmant; illud firmissima
 fide tenendum est. Atqui hoc; Christus,
 etiam quā homo, est in Ecclesia, & sacra-
 mentis, & medio inimicorum praesens;
 sacrae literae expressis & claris verbis affir-
 mant. Ergo firmissima fide tenendum est.
 Propositio est Ἐξ ὁπίου (Q) apud omnes vere
 Christianos. Assumptio perspicua est ex verbis
 institutionis caenae. Matth. 26. 1. Corinth. 11. Et
 promissionibus Christi. Matth. 18. 28. quibus
 addo Psal. 110. Act. 9. 23. 23. Ephes. 4. Apocal.
 1. Et.

CAPVT TERTIVM.

Recitantur argumenta varia contra omni-
 praesentiam corporis Christi: quae ordine vide-
 bimus.

Argumentum I.

P. 10. Corpus Christi non est Deus. Ergo
 non est ubique.

Respondeo 1. Propositio syllogismi in-
 telligenda est ὅμοιος ὄν. Quicquid est per essen-
 tiam omnipraesens, est Deus: id quod ex testi-
 moniis liquet Hieremia cap. 23. Et Esaiæ 40
 48. à Sadeele allegatis. 2. Ἐπεὶ (Q) τὸ αὐτὸ
 Corpus Christi in caena praesens est: non propter
 essentia

essentia infinitatem, sed propter institutionem
 & verba: *Hoc est corpus meum.* In Ecclesia
 præsens est propter promissionem. *Matth. 18.*
28. Vis verò & facultas præsentiæ dependet
 ex unione personali cum λόγῳ. 3. Redigo ad
 absurdum. *Quicquid vivificum est, Deus est.*
Caro Christi non est Deus. Ergò non est vivifi-
ca. Act. 13.

Verùm redarguit Sadeel, Omnipræsentiæ P. 117
 non potest divelli ab æternitate. Ergò si
 corpus Christi est omnipræsens, erit etiam
 æternum.

Respon. r. Scripturæ asserenti credimus.
 Vbi tacet scriptura & nos tacemus. Nullibi ve-
 rò dicitur: *Caro Christi est æterna.* 2. αἰτήματα
 Sadeelis probandum est ex scripturis: Pro idio-
 mate communicato, omnia communicantur.
 Non enim admittimus in hoc summo mysterio
 consequentias solùm λογικῆς. Salvat DEUS
 bonitate sua; damnat justitia sua. N. que rectè
 dixeris, perisse Iudæ bonitate seu misericordia
 divina. Sic mundū creat Deus bonitate & sa-
 pientia sua, non æternitate aut infinitate. se-
 quimur ergò scripturam, que multa alia Chri-
 sto secundum humanam naturam tribuit: infi-
 nitatem aut æternitatem non tribuit. 3. Æter-
 nitas potest aliquo modo dici communicata car-
 ni, nempe ἐμμέσως: quia idiomata illa, vis
 vivificat, omnipotentia, omnipræsentiæ, emun-
 datio à peccatis &c. sunt infinita et æterna. De
 C 5 carne

carne autem eternitas ἀμείωτος non prædicatur: quia se non exerit per carnem, quemadmodum idiomata cætera. 4. Anima hominis, quæ & ipsa est ἀμείωτος (quia spiritus ὁλωσ ὁλοπ τὶ) potentias suas corpori quasdam communicat: nec tamen inde corpus fit spirituale, invisibile, immortale. Cur ergo sequatur de Deo λόγῳ, ut cum vivificum faciat corpus suum, & omnipotens, & omnipræsens, confestim etiam infinitum reddat & æternum? Sed hæc paulò post accuratius proponentur.

Pag. 12.

Argutatur Sadeel, Si corpus Christi est omnipræsens, una eademque omnipræsencia, quæ ὁ λόγος est omnipræsens: sequitur hoc absurdissimum, corpus Christi esse Deum: si non essentialiter, at communicativè.

Respondeo. Ἀνακόλυθον. Hoc sequitur: Ergo corpus est unitum Deo λόγῳ, non essentialiter, sed ἕνωσάμενος. Non sunt ex nostro cerebro in tantis mysterijs nebstendæ conclusiones: sed lucerna pedibus nostris verbum Domini, Psal. 119. Nec dum probavit Sadeel hujus sequelæ ἀνάγκη: Corpus Christi est in cælo, & cæna, adeoq; Ecclesia simul præsens. Ergo corpus Christi est Deus: sive addat suum essentialiter, sive communicativè. Quod ut plenius appareat, assumo exemplum vivificationis. Iob. 6. Caro Christi vivificat, ex ipsa vivificandi vi & facultate, quæ est τοῦ λόγῳ essentialis: carni
verò

verò communicata καὶ ἐνωσθη ὑποστατικῶς.
 Hinc verò nemo sanus inferet: Ergo caro est
 Deus. Quia sacra scriptura ita nunquam con-
 cludit. Non ergò patiemur à Sadeele novum
 nobis concludendi genus in articulos fidei Chri-
 stianæ obtrudi: sed sequemur filium Spiritus
 sancti.

Pergit Sadeel concludere contra omnipre-
 sentiam corporis Christi: ex naturali loci &
 temporis connexione. Si extra locum est,
 (inquit) corpus Christi, est etiam extra
 tempus. Atqui falsum hoc. Ergo & il-
 lud.

Respondeo. Corpus Christi quemadmo-
 dum est ex essentia sua naturali proprietate lo-
 cale: ita eodem modo in tempore. Illud idem
 corpus τοῦ λόγου unitum, ut est jam supra lo-
 ca omnia ex: etum Ephes. 1. in dextra majesta-
 tis: ita, hoc respectu, exemptum est omni physi-
 co tempori: quippe quod ex cœlestium orbium
 motu & revolutione describitur: qui motus in
 λόγῳ & cœlesti vita non habet locum. Neque
 tamen hinc aternitas consequitur corporis Chri-
 sti, quasi fuerit ab aeterno. Certo enim tempore
 illud & conceptum & natum est. Gal. 4. Luc. 2.
 Atque hic saniorum philosophorum etiam frui-
 mur testimonio, qui extra mundum, sive cœ-
 lum, neque locum esse, neque tempus docent.
 Corpus ergo Christi in calo existens, imò supra
 omnes cœlos ὑπερῶς πάντων τῶν ἀγαθῶν.

ait Apostolus ephes. 4. id est extra mundum philosophicū seu physicum: neque loco physico claudatur neq. tempore. Quod attinet tempus visibilis conversationis in mundo: fuit illa status τῆς κενώσεως exinanitionis. Philip. 2. de qua suo loco plura. Refer huc scriptura dicta: Omnia sunt subiecta pedibus ejus: Omnia in manus tradita. Psal. 8. 1. Corinth. 15. Hebr. 2. 6. Vbi profecto loca & tempora non excipiuntur.

Instat Sadeel: Repugnat aliquid ex parte dici infinitum, & ex parte finitum.

Respondeo. Neque locus neq. tempus jam finire potest corpus Christi. Est enim illud per unionem hypostaticā & sessionem ad dextram Dei ad eum thronum erectum, in quo loca omnia & tempora defecere. Finitum autem est & manet corpus Christi per essentia sua finitatem: neque unquam sit infinitum.

P. 13. Recurrit calumnia de corpore infinito, quam emollire sad. et vult videri. Miror, inquit, fieri posse, ut quicquam quod finitum est, nempe corpus Christi, velint esse infinitum (quicquid tandem prætexant.)

Respondeo. Non dices falsum testimonium. Corpus Christi finitum est, finitumq. manet, per essentia finitatem. Nunquam factum est infinitum. Verso libri Concordia supra allegata sicut ex an. thematismo. 8. De Persona Christi. Aliud est cum quaeritur, an corpus Christi

Christi in gloria ad dextrā Dei terminetur & concludatur loco et tempore. Vbi verè respondeatur: in dextra Dei neq; locum esse neq; tempus: atq; id non solum ex certissimis Theologiae fundamentis, sed etiam sanctorum Philosophia testimonio: sicut paulò ante dictum est.

Refellere conatur Sadeel responsionem nostram de distinctione idiomatum Dei ad intra & extra, vocat involucria verborū: & absurda colligit, & sarcasmos admiscet de quasi distinctione, & mirificè sibi placet. Sed videamus quàm feliciter argumentetur.

1. Querit: Cur æternitas non exerat suas
ægyptiæ.

Respondeo. Querat illud etiam: Cur Deus per æternitatem suam non fecerit mundum æternum? Ac responsionem quidē ab illis expectet, qui arcana & abscondita Dei consilia (de predestinatione) solent sua acuta ratione, extra imò contra verbum revelatum investigare, in summis etiam & tremendis mysterijs Dei.

2. Verum urget incommodis Sadeel, Deitas, P. 14.
inquit, erit divilibilis, si non idiomata communicentur simul omnia.

Respondeo. Probetur consecutio: & probetur ex scripturis. Vivificandi vis comunicata est, juxta scripturam. Christo ut homini: ut jam caro Christi sit & dicatur vivifica. Æternam verò carnē scriptura non vocat: quamvis illa vivificandi vis carni comunicata sit æterna.

Nam ἐνέσγαται aternitatis in carne se non exerunt, ut aternæ inde diceretur: quemadmodum vivifica dicitur, quia vitam mundo peperit, & fidelibus applicat.

3. Instat etiamnum: Unio non esset facta ex æquo, respectu attributorum deitatis, ac proinde non perfecta: si quædam tantum idiomata dicuntur communicata.

Respondeo. πᾶρ τὸ πλῆρωμα τῆς θεο-
 τῆτ & κειρικῆ ἐν Χριστῷ σωματικῶς. Co-
 loss. 2. Totus λόγος & omnia τῆς λόγος ἰσότη-
 ματα sunt & habitant in carne, tanquam in
 suo templo, ut loquuntur Patres. Unio itaque
 perfectissima est, quod qui negat ἀνάθημα sit.
 Quæ autem hæc est concludendi ratio? Ater-
 nitas non se exerit per carnem Christi: Ergò
 unio non est æqua, sed imperfecta, respectu ater-
 nitalis. Quæ σωάφρα hic? quæ σωίχρα?
 Hæc enim in eum afferuntur finem, ut distin-
 ctio evertatur attributorum Dei ad intra, &
 ad extra. Ecquis ergo syllogismus exiliet? Vis
 vivificandi exerit se per carnem, ut caro dicatur
 aterna, Ergò non est æqua ratio unionis. An sic
 mavis? unio fit ex æquo, respectu omnium at-
 tributorum Dei, seu idiomatum. At unio facit
 carnem vivificam, Ergò & facit aternam. Quod
 quia absurdum, Ergò & prius. Si sic argumen-
 tetur Sadeel, λαμβάνει τὸ ἐν ἀρχῇ. Hoc enim
 in questione versatur: Cur caro Christi dica-
 tur

tur vivifica, omnipotens, omnipraesens & c. aeterna non dicatur? Ratio à nobis redditur hæc: quia vis vivificandi se exerat per carnem; aeternitas non exerat. Huc itaq; argumentum erat dirigendum, non recurrendum ad id, de quo ipso quærebatur.

4. Sed pergit Sadeel: Quia Deus est actus purissimus, inquit, certè ἐν ἐγῶ, eternitatis est, æternum esse,

Respondeo. Ex qua schola hæc, ô Sadeel? Vide atq; etiam vide, quid scribas. Si ἐν ἐγῶ eternitatis est, æternum esse: anne etiam ἐν ἐγῶ bonitatis est bonum esse? Bonum igitur facere, & exercere bonitatem quidnã est in Deo? Esse enim bonum, & bonum facere, haud nos possumus pro eodẽ habere. (Loquimur enim hic de Deo respectu creaturarum.) Deus ante mundi constitutionẽ bonus est ab aeterno. In mundi constructione bonitatẽ exerit. An ἐν ἐγῶ (vel potius in Deo ὁ νοῦς) & ἐν ἐγῶ ita confundemus? an τὸ εἶναι Dei, & τὸ ἐν ἐγῶ (in operibus Dei) miscbimus? Quid enim ita hæc disputas? Quæstio hæc est: An quadam Dei attributa considerentur ad extra? Tu ita respondel, ut Deam consideres in se, absque omni creaturarum respectu: & tribuas tamen Deo ἐν ἐγῶ, tanquam actum purissimum. At ea Dei ἐν ἐγῶ, quæ ad creaturas se profert, ex communi loquendi usu actus purissimus non est. Opponuntur enim hæc sibi: quemadmodũ aliàs actus primus

Pag. 312.
223. ait
Sadeel:
Glorificatio car-
primus

nis Christi primus & secundus. secundus actus $\zeta\omega\epsilon\gamma\gamma\epsilon\alpha$ est op^o est. Purissimus actus hoc modo $\zeta\omega\epsilon\gamma\gamma\epsilon\alpha$ non dicitur. Neq^{ue} hic miscenda sunt Metaphysica di-
 extra. Exputationes: cum queratur de Lei operationibus. Quare hoc Sadeelis argumentum tantum non est, quantum ipse postea (pag. 19.) iactitat.

Pap. 15.

Novum atque argumentum: Esse proprietatem: & dici ad extra esse $\alpha\upsilon\tau\iota\phi\alpha\epsilon\tau\iota\mu\acute{o}$.

Respondeo. Elegans verò argumentum, quando ad Christum accommodatur? Evertit scilicet totam unionem. Num enim humana Christi natura est ad extra? ac non potius intra ipsam hypostasim $\tau\delta\ \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$? Deinde $\alpha\mu\phi\iota\beta\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$ in proasi est: ad extra: que non significat proprietates Dei creaturis infundi: sed Deus dicitur agere ad extra, quando $\zeta\omega\epsilon\gamma\gamma\epsilon\tau\iota\mu\acute{o}\varsigma$ est, et extra se quasi prodiens creaturas condit, conservat, propagat.

De bonitate creaturarum respondet Sadeel: esse illam ab hac questione alienam: quia fit creaturis habitualis, non proprietatis divina.

Respondeo. Questio hæc est: An attributa deitatis distinguantur ad extra? Affirmatur id à nobis hoc argumento: quia bonitate sua Deus salvat, non damnat: bonitate sua & sapientia Deus condit mundum, non eternitate, &c. Anne hoc est argumentum à questione alienum? imò maxime congruum, Sadeel. Bonitas, sanctitas.

tas, iustitia in creaturis effecta sunt proprietatum divinarum, ut ais ipse. Considera ergò mecum: Bonitas estne effectum eternitatis? Sanctitas estne effectum eternitatis? Iustitia estne effectum eternitatis? Haud puto quenquam dicturum, nisi velit ut momento totam diruere scripturam. Ut itaq; fateris, Sadeel, res creatas bonas esse, à Deo bono: nec tamen aeternas, à Deo aeterno: Ita concede scripturae & nobis, ut vocemus carnem Christi vivificam, à λόγῳ vivifico: nec tamen ideo aeternam à λόγῳ aeterno. Ad vide, quomodo tibi constes. Negasti ante pag. 15. proprietates deitatis dici posse ad extra. Hic concedis effecta proprietatum in creaturis distingui. Illa itaque effectuum distinctio undenam existit? A creaturis non est, sed in illis, tanquam objectis. A Deo igitur. Quæritur autem: An hoc respectu (creaturarum inquam) proprietates divinae distinctæ sint? Affirmamus nos; negas tu, Sadeel. irò negas posse dici ad extra. Qua parte Scholasticis facis injuriam, quorum iactas consensum. Expectamus itaque solidam explicationem hujus diversitatis. Interim sic ego concludo, Effecta proprietatum divinarum ad extra diversa sunt: ut ipse non negas: proprietates itaque ipse ad extra discernende sunt. Deinde si proprietates nunquam dicuntur ad extra: non dicuntur proprietates numero multitudinis, sed proprietates: propter essentia divine simplicitatem, quæ in se manens

omnem

omnem pluralitatis respectū respuit. Proprietates autē divinae sunt ipsa essentia divina: au ipsa pag. 57. In DEO enim sui ipsius ratione nihil à bonitate differt iustitia: nihil à sanctitate a eternitas. At differunt respectu effectorum ad extra.

P. 16. Res creatæ, inquit Sadeel, non dicuntur æternæ: neque dicuntur à se & per se bonæ &c.

Respondeo. Appendix illa & limitatio: à se et per se: in posteriore membro cur additur, cum omittatur in priore? cum sit per omnia par ratio utriusq;: Deus bonus est, imò ipsa bonitas: Ergò creatura Dei bona est. DEVS æternus est, imò ipsa æternitas: Ergò creatura Dei æterna est. Agnosciscné tandem, Sadeel, discrimen esse proprietatum Dei: cum ad extra considerantur? Creatura bona est, nec tamen æterna. Quare? Quia Deus æternitate sua non condidit creaturas, sed bonitate.

P. 17. mus: jactantiam præterimus. Conclusionem pagin. 19. refutavimus: Corpus Christi non est Deus: Ergò non omnipræsens. Anné etiam sic? Caro Christi non est Deus: Ergò non vivifica. De hoc verò jam accuratiùs nobis disputandum erit. Sic enim ad hoc argumentum Sadeel respondet: I. Non extare in sacris literis: Caro Christi est vivifica.

Respondeo. Dictiones istæ quidem hoc ordine non leguntur in sacris literis: at res ipsa tamen

tamen verè & abundè inest. Leguntur cap. 6. Iohan. versu 48. & sequentibus. Pertinet huc illa Nazianzeni sententia: Quædam sunt & dicuntur in scripturis: quædam verò sunt in scripturis, tamen si non dicantur.

2. Quia ab ephesina synodo ea usurpata & defensa est propositio: responder Sadeel, non satis expendi proprias vocabulorum & phrasium significaciones. Vivificum esse, inquit, non dicitur de vita illa, quæ ita est Dei proprietas, ut sit ipse DEVS.

Respondeo. Quid ais? Ergòne duplex Dei vita? Una qua vivit ipse: altera quâ vivificat? Quidni duplex etiam essentia? duplex bonitas? Una quidem, qua ipse sit, & sit bonus. Altera qua det τὸ εἶναι rebus creatis, & faciat bonas. Deum ergò compositum nobis effingens: quem simplicissimum hætenus pie credidimus: Vide autem Sadeel, quomodo conciliare hæc tua velis, cum ijs, quæ paulò antè afferebas ad negandum discrimen τὸ ad intra, & ad extra, in Deo. Quin vide hîc tua ipsius verba. **VI. P. 180**
 vivificus DEVS dicitur, inquit, quia vita à DEO confertur. Bene. At hinc non sequitur: Ergò alia in Deo vita est, qua vivit ipse: alia qua vivificat creaturas. Sed hoc inde concluditur: Ergò vita alia est creatoris: alia creaturarû. Illa scilicet causa huius: & hæc illius effectum. Quò redit & istud unum argumentum, quod ex relatione petis: ut vivificum inferat,

inferat, tum id quod vivificat, tum id, quod vivificatur. Certum enim est, istam intra causam & effectum relationem esse perpetuam. Atque hinc antequam perpendatur, possint concludi hoc modo: Deus vivificat creaturas, & est ipsa vita. Ergo vivificum esse non potest intelligi de vita illa, quæ est Dei proprietas. Aque enim id absurdum est, ac si dicas: Deus creaturas facit bonas, & est ipsa bonitas. Ergo esse beneficium (id est bonum facientem: liceat enim nobis sic usurpare hanc vocem, ad rem presentem clarius explicandam) non potest intelligi de bonitate illa, quæ est Dei proprietas. Atque supra aiebas pag. 16. creaturas esse bonas, à Deo bono: sanctas à Deo sancto: Quidni etiam sic? vivas à vivo. Crassus error est, confunderè causarum & effectorum categoriam ad vim in erendam cælesti veritati. Sic ergo censendum est. Deus vivificat: id est, vitam infundit creaturis. Quæ verò vi illud & facultate? Ea scilicet, quia ipse est vita, & ut ait Psaltes, fons seu scaturigo vitæ Psal. 36. ex qua vis promanet ad hunc effectum producendum. Una igitur

Nazianzenus & alij in Deo vita: essentialis illa: quam proprietatem ex patribus rem essentialem Sadeel appellat, nobis etiam in affirmantem sensu sano, non repugnantibus. Sed nunc hanc vitam carnem communitatem esse deitatis.

Ephesina Synodus non dubitavit dicere, inquit Sadeel, Carnem Christi esse vivificam.

vificam. 1. tum quod sit caro verbi omnia Χρῶσιν
vivificantis. 2. tum quod Christus in af- ἐπιπληκτου
fuita carne præstiterit ea omnia, quæ quã Chri-
nobis erant ad vitam æternam necessaria. stus ut ho-
mo accepit

Respondet. Geminam hanc causam per- in tempore,
pendamus. Prior sanè verissima est & constan- habue-
tissima. At non sentit Sadeel cum Ephesina Syno- rit autem
do, ut maxime cum illa loquatur. Explicat enim ut Deo ab
eodem modo, quo in præfatione hanc proposu- æterno.
ionem: Corpus Christi est omnipræsens: id est
est eius corpus, qui est omnipræsens. Ita hic:
Caro est vivifica: quia scilicet caro ejus est, qui
omnia vivificat: licet ἐπιπληκτου vivificandi in
carne nulla sit: quod infra patebit clariùs, ubi
distinguit Sadeel inter τὸ ἐπιπληκτου καὶ τὸ
ἐπιπληκτου. Et de sanguine Christi hic ait, pur-
gare eum conscientiam idem esse, ac, Christum
purgare conscientiam suo sanguine. Verùm pro-
fecto longè aliter sensit et docuit Synodus Ephe-
sina: quod & ex Epistola Synodica ad Nestori-
um, & infinitis testimonijs Cyrilli (cujus primæ
fuerunt in ea Synodo partes) demonstrari po-
tèst. Pauca hic nobis sufficiant. Libr. 4. in Io-
han, cap. 4. Carnem suam quasi cooperatricem
adhibebat, ut reipsa ostenderet carnem suam
vivificam esse. cap. 23. Caro tota affecta est vi-
vifica. Ad meliotis virtutem elevata est. To-
tam verbi operationem suscepit. cap. 24. To-
tum corpus suum vivifica spiritus virtute ple-
num ostendit. Caro totam vivificandi vim han-
sit.

fit. Idem lib. 1. in Iohan. cap. 15. Indecens de-
 mino esse, si ignis quidem qualitatem suam
 conjunctæ sibi materiæ possit immutare, ac eo
 modo materiam in se transmutare: λόγος
 autem Dei proprium sibi naturalemque bonum, id
 est, vitam conjunctæ sibi carni non possit in-
 fundere &c. Posterior Sadeelis ratio itidem bo-
 na est: si bene & dextrè accipiat. Caro nempe
 Christi vivifica est: quia vitam nobis pro-
 meruit. At rursus candorem hic requiro. Ita e-
 nim Sadeel intelligit: in toto opere redemptionis
 Christi humanam naturam duntaxat humana,
 divinam divina peregrisse: id quod manifestum
 erit infra ex discrimine τῆς ἁγίας τοῦ
 ἔσχατου &c. & alibi. Verba igitur nobis re-
 ponuntur, quibus nihil subjicit: Videatur infra
 cap. 4. objectio ultima.

Tertiam causam nullam novit Sadeel: idque
 inde, quia priores duas perperam intelligit. At
 Christus ipse nobis hanc assignavit, Iohan. 6.
 Qui manducat meam carnem, & bibit meum
 sanguinem, habet vitam æternam. Est ergo caro
 Christi vivifica. 1. quia personaliter unita τῷ
 λόγῳ: 2. quia vitam peperit mundo: 3. quia
 applicat vitam fidelibus. Vbi velim quam di-
 ligentissimè considerari doctrinam de spiritu-
 ali corporis Christi manducatione. Atque hæc
 quidem paulò prolixius explicavi de vivifica-
 tione: ut porro hanc ἐπιστολήν indubitato possi-
 mus opponere omnibus sophistarum strephibus

Ἐκ τούτων contra realem idiomatum in persona Christi communicationem.

Argumentum II.

Humana natura constat ex partibus P. 19.
diversis. Ergò non est infinita.

Respondeo. Concedo totum argumentum. Appendix verò seu consequens (vel cadaver potius) conclusionis fallit. Non enim sequitur: Humana natura Christi non est infinita. Ergò non est omnipræsens. ἔλεγχῃ παρὰ τὸ μὴ ἔσθαι ἄτιον. Vnio enim personalis cum infinito λόγῳ illius præsentia cæssa est: non essentia infinita. Ac notetur rursus calumnia de corpore infinito.

corpus
infinitum

Argumentum III.

Humana natura continetur à deitate, P. 19.
Ergò non est infinita.

Respondeo. Nova est calumnie repetitio: de corpore infinito. Ego sic argumentum inverte: Caro sustentatur à λόγῳ & subsistit in λόγῳ personaliter. Ergò nusquam absens est, sed ubique præsens cum λόγῳ: idq; non ex se, sed beneficio τῆς λόγῳ. Pertinet huc illud Athanasii contra Apollinarè: Stolidi sunt, inquit, qui carnis Christi dimensionem conantur facere, & quantum, & quomodo, præter scripturas definiunt.

20,

Argumentum IIII.

Si corpus est ubiq; non est verum corpus.

D 3

Respon-

Respondeo, Ἀσυμμόγισον. Omnipræsencia, ut non pendet à corporis essentiali proprietate: ita nec destruit corpus: Quia non est per essentiam si ve essentialiter omnipræsens. Declare, Caro Christi vivificat: Iohan. 6. Δὲ ὡς αὐτὴ illa infinita vivificandi non est ex corporis essentiali proprietate: nec tamen abolet corpus: quia non inest illi per essentiam seu essentialiter. Quomodo ergò? ὑποστατικῶς seu per unionem personalem. Vtrumque scriptura affirmat: Vtrumq; ergò verum est: si non ex legibus nature, ac ex viribus omnipotentis Christi. In summum igitur abit, quicquid hinc absurdi Sadael corradit.

Quod addit de localitate Sadael: litiget cum scholasticis: & circumspiciat diligenter, quomodo corporum glorificatorum locum in cælis definiat. Nam quorundam fanaticas de mansionibus cælestibus opiniones, vel potius somnia nos non curamus. Miramur potius esse homines, qui terminos præscribant omnipotentiae divine, quid possit, vel non possit. Nos dum sequimur verbi divini, quod fallere non potest.

Argumentum V.

P. 21. Si corpus Christi est ubique: Ergò non est conceptum in utero virginis.

Respondeo, Ἀνακόλουτον. Argumentum hoc si explicetur, quatuor terminus habet.

In utro Maria est: per essentiam corporis juxta Lucæ testimoniū ἐν γαστρὶ συλλαβῆ. Alia verò ex causa dicitur omnipræsens scilicet propter unionem cum λόγῳ ὑποστάσιω, postquam exaltatum jam est ad dextram Dei. Et si verò unio fuit in ipsa conceptione: tamen exinanitio in causa fuit, quò minus ubique præsens creaturis gubernandis corpus Christi statueretur, licet & λόγῳ nusquam absens. Qua de re plenius dicendum erit suo loco. Quemadmodum & tum verè vivifica erat caro Christi: licet ἐνεργεία non vivificaret. Scripturæ affirmanti credimus: ἐν γαστρὶ Mariæ conceptum Christum, Luc. 1. Eisdem assentimur asserenti: Christum, quò homo est, præsensem in Ecclesia, sacramentis, medio inimicorum. Matth. 18. 28. Apoc. 1. Psal. 110.

Argumentum VI.

Si corpus est ubique: non potuit crescere. Infinito enim nihil potest accedere.

Respondeo. Rursus quatuor termini: Corpus crescit ex sua natura, & secundum naturæ cursum: quamvis hic gratia divina etià suum habeat locum. 2. Et fuit ille status exinanitionis. Quid enim hoc ad omnipræsentiam, quæ ex unione personali & exaltatione ad dextram Dei est? Nam quod de infinito corpore attexit Sadeel, vetus calumnia est, quam sæpè nunc audivimus, sæpius etià audituri. Mirum

verò est ex naturalibus actionibus et essentialibus proprietatibus negare id, quod tam disertè scriptura proponit.

Argumentum VII.

Si corpus Christi est ubique, Christus non est mortuus, quia anima non potuit à corpore avelli.

Respondeo. 1. *Summus fuit gradus exinanitionis.* 2. *Verè anima fuit separata à corpore naturaliter, id est, secundum naturam, animam & corporis, considerationem: quia vinculum illud quo naturaliter anima in corpore continetur, solutum fuit. Utrumq; verò & corpus & anima, unitum mansit τοῦ λόγου. Quia quod semel assumpsit, nunquam deposuit. Argumentum est scholasticum: sed tale, in quo nemo verè pius acquiescat. Vide Lombard, libr. 3, distinct. 22.*

Argumentum VIII.

Christus dicitur venisse, abijisse, redijisse, adfuisse, abfuisse, Ergò corpus Christi non est ubiq;.

Respondeo. *Elenchus est ὡσαύτῃ τὸ μὴ ἀπλῶς ὡς ἀπλῶς. Abire, redire: abesse, adesse, dicitur Christus, secundum veri corporis modum, ut loquitur Augustinus. At adesse ubique Christus, quia homo, affirmatur propter unionem*
hypo-

hypostaticam. & quæ hanc consecuta est, sessionem ad dextram virtutis & maiestatis divinæ: ut impleantur promissiones Math. 18. 26. 28. Marc. 16. Psal. 110 &c. semp̄ r̄ sit in conspectu distinctio præsentia naturalis, sive essentialis, sive localis & personalis. Qui duplex præsentia modus non est, ut somniat Sadeel, contradictorius, sed ut affirmat spiritus sanctus: ὁ παῖς ὁ ὢν & subordinatus. (terḡ enim in sacris literis) in quibus absit ut ἀντιφασίαν constitua- mus) fundamentum habet, ut patet ex jam allegatis, reliquisq; consimilibus testimonijs.

Ait Sadeel: Quod nonnulli comminiscuntur, tunc verbum habuisse carnem sibi præsentem extra locum, arcano quodam modo, licet non habuerit præsentem omnibus creaturis, non modo commentum est, sed merum delirium.

Respondeo. Quod ad rem ipsam attinet, pertinet hæc disputatio ad statum tunc temporis exinanitionis: in qua Christus, quæ homo, non exeruit plenum dominium suum & maiestatem: exceptis particularibus quibusdã divina potentia documentis. Queritur ergo: Num in hoc exinanitionis statu Christus, quæ homo, fuerit omnipræsens. Respondent Oribodoxi, creaturarum respectu non fuisse omnipræsentes: quia nondum adhibebatur rebus universis gubernandis & administrandis: id quod deum a resurrectione, & in cælum adscensione

consecutum est. quando ad dextram Patris con-
 sedii Christus, accepta πάση ἕξοσι in celo &
 terra, Matth. 28. Neque tamen ullibi huma-
 nam naturam à λόγῳ abfuisse ajunt, neque
 λόγον extra carnem usquam substituisse: quia
 ejusmodi aliquid ferre hypostatica unio non po-
 test: quippe quæ Apostolo definiente Coloss. 2.
 sit inhabitatio κατοικήσις παντὸς πληρώμα-
 τὸ τῆς θεότητὸς totius plenitudinis deita-
 tis (τῷ λόγῳ) in Christo, id est corpore seu car-
 ne Christi σωματικῶς, tanquam proprio cor-
 pore & templo, ut orthodoxa antiquitas locuta
 est. Christi igitur caro respectu τῷ λόγῳ nusquam
 absens est: quin ei personaliter sit unita: ut ne-
 fas sit vel absq; carne τὸν λόγον, vel absq; τῆ
 λόγῳ carnem cogitare. Quemadmodum scripsit
 Leo: Hac fide vivit Ecclesia, hac proficit, ut
 nec sine vera humanitate credatur divinitas,
 nec sine vera divinitate credatur humanitas.
 Qui enim fingit se habere deitatem nudam à
 corpore, anathema sit. Hinc jam fiat judicium
 de pronuntiatis Sadeelis: quæ & à veritate
 sunt aliena, nec sibiipsis coherent.

I. Aut primum, hanc doctrinam commen-
 P. 22. tum esse & delirium.

Respondeo. spiritus sanctus non propo-
 nit commenta sive deliria. Proponit autē hanc,
 de qua agimus, doctrinam, de ἀδρασάτω ἡγῶ
 ἀδιαιρέτω unione carnis cum λόγῳ: sic ut λό-
 γῳ habitare dicatur in carne, non extra car-
 nem

nem, ne dissolvatur unio. Ioh. 1. Coloss. 2. Ergò non est commentum si ve delirium.

2. Deinde negat quæstionem esse de præsentia carnis respectu verbi.

Respondeo. *Ecquid verò queritur, mi Sa-
decel, si non de hac carnis præsentia, respectu
verbi? Nam de essentiali, naturali, locati præ-
sentia carnis, qua est nunc in hoc loco, nunc in
alio, partemq̄. habet dextram & sinistram, su-
periozem & inferiozem, secundum veri corpo-
ris modum, jam existens Hierosolymis, jam Be-
thania, utrique consentimus. Tu si nobiscum
de altera idem sentis, parcere poteras omni isti
labori, quem in hanc tractationem impendisti:
sed tibi caro Christi nullibi est, nisi eo loco, què
naturaliter occupat: quod paulò post ex tuis
ipsis verbis erit planissimum.*

3. Tum confundit creaturas reliquas cum carne Christi, quasi sit idem præsentia Dei modus in alijs rebus omnibus, qui est in humana Christi natura. P. 23.

Respondeo. *Caro est unita τῷ λόγῳ ὑποστατικῶς. Cætera creatura non sunt unita Deo hypostaticè. Ergò ratio præsentia est longè diversissima. Quare non sequitur: Caro Christi (quatenus unita τῷ λόγῳ) est ubique præsens. Ergò omnes creaturae sunt ubiq̄. præsentis. Nam Deus ita est in creaturis (non inclusus) ut simul sit extra (non exclusus) At ita in carne ὁ λόγος est, ut non sit extra carnem:*

D 5 quem-

quemadmodum vicissim caro, sic in λόγῳ subsistit, ut non sit extra ipsum. Id enim totum efficit inhabitatio illa, quam deprecatur Apostolus, Coloss. 2. Notetur obiter ambigua Sadeelis locutio: Omnia sunt Deo ubiq; presentia: pro eo, quod absq; ambiguitate diceretur: Deo, qui ubiq; est, sunt omnia presentia.

4. Quarto asserit presentiam extra locum esse solius Dei propriam (seclusa Christi humanitate.)

Respondeo. Natura Christi humana, quæ secundum veri corporis modum in loco est, assumpta est in Deum λόγῳ (ut cum Athanasio loquar) ὁ λόγος, autem nec locus est, nec in eo loca sunt ulla: quia ἀμέγιστος, simplicissimus, infinitus. Ergo caro assumpta, quatenus in persona λόγῳ subsistere intelligitur, est extra locum. Sit ea nostra ἀπόδειξις. Iam ad argumentum Sadeelis respondeo: Presentia extra locum est solius Dei propria: scilicet ἀνεκχώρητος: quia essentia Dei infinita est, quæ capi loco ullo nequit. At Christi humana natura, in quatenus unita τῷ λόγῳ, est extra locum: non essentialiter, quia per essentiam est veri corporis modum naturaliter certum locum occupat: sed ὑποστατικῶς, quia cum λόγῳ una persona est, quæ persona infinita est, capique loco non potest. Neque tamen hinc sequitur, quod opinatur Sadeel: Carnem Christi modo quodam arcano fuisse conversam

in deitatem. Sed hoc consequens est: Ergò caro Christi arcano quodam modo unita est τῷ λόγῳ. Quod si negare velit Sadeel: neget & illud Apostolicum: ὁμολογησμένως magnam est pietatis mysterium: Deus manifestatus est in carne. 1. Timoth. 3. Calumniam de infinita natura prætereo.

5. Deniq; negat explicari posse id loquendi genus: Verbum non habuisse carnem præsentem creaturis.

Respondeo. Explicamus ita, Præsentia carnis Christi consideratur. 1. respectu τῷ λόγῳ, cum quo hypostaticè unita est, à quo nusquam abest. 2. respectu creaturarum: quæ jam in statu majestatis univ. rse ipsi subjectæ sunt, ut præsens eas gubernet. Psal. 8. Matth. 28. In statu però exinanitionis caro Christi non adhibebatur mundo gubernando. Hactenus igitur dicitur non fuisse præsens omnibus creaturis. Erat autem tunc nihilominus præsens τῷ λόγῳ, quippe in ea inhabitabat σωματικῶς, Coloss. 2. Neq; nos sic argumentamur, ut obijcit Sadeel. Caro nusquam abest à λόγῳ. Ergò caro est omnipræsens creaturis. Quin accuratè distinguimus hæc duo: præsentiam ad λόγον & præsentiam ad creaturas. Præsentia ad λόγον, cujus origo pendet ab unione hypostatica, est perpetua, & nunquam interrupta: ut caro τῷ λόγῳ & ὁ λόγος τῷ κατὰ σάρκα fit præsentissimus. Præsentia ad creaturas, etsi ad unione,

unione, tanquam caussa prima oritur, perfectum tamen complementum habet ab ascensu in celos & sessione ad dexteram Dei; cum omnia sunt in manus tradita, & data potestas uniuersa in caelo & in terra, Matth. 28.

Argumentum. IX.

Finitum non capit infinitum. Ergo corpus Christi non est ubique.

Resp. Notatu dignum argumentum est quod evertitur ipsa unio hypostatica: quod sic demonstrat. Finitum non capit infinitum: ait Sadeel. Caro Christi est finita: λόγος & infinitus. Ergo caro non capit λόγος. Ergo λόγος & non incarnatus. Ergo nulla unio. Proh Deum immortalem, quo tandem precipitat furor in Christi gloriam? Non est, quod Sadeel excusationem quaerat in voce Capiendi, quam non vit optime hic non intelligi vel physice, vel Mathematicè, sed Theologicè: secundum illud Paulinum, in ipso κατονείη habitat πᾶρ πλήρωμα τῆς θεότητος. Hinc Iustinus: Templum verbi proprium totius luminis splendorem capit. Irenaeus lib. 3. cap. 18. affirmat, hominem χωρεῖν τὸν λόγον, id est, comprehendere, capere verbum seu filium Dei. Quae phrasis pie antiquitati fuit usitata.

Pag. 14.

Ait Sadeel: Etsi humana natura dici possit particeps verbi, non tamen accipit à verbo, ut sit infinita.

Respon-

Respondeo. *Vetus calumnia est. Natura humana finita est & manet in eternum: infinita nec facta est, neque fiet unquam: quemadmodum nec facta est deitas, omnipotentia, omnisapientia &c. Sic verò argumentamur. Humana natura Christi particeps est ὑποσάσεως τῆς λόγῃ: quæ cum extra omnia loca sit, loca obstrare nulla possunt, quin ubique sibi præsentem habeat suam carnem. Nulla hic confusio naturarum: nulla proprietatum. Præsentie enim istius causa non est essentie humanæ infinitas (quæ absit) sed personalis cum infinito λόγῳ unio.*

Argumentum X.

Vbiquitatis dogma continet contradictionem. Ergò &c.

Respondeo. *Negamus. Non enim sunt contradictoria spiritui sancto: Caro Christi est in uno loco proprietate essentiali. Et caro Christi est omnipræsens per unionem personalem, seu secundum modum dextræ Dei. Notandum hic: Contradictiones in rebus diuinis non esse fingendas ex nostro cerebro, sed præeunte verbo Dei. Hypothesis illa Sadeelis: Si corpus est omnipræsens: Ergò est infinitum: fallax est, propter confusionem τῆς οὐδ' ἰσθ' εἰς ἑαυτὴν τῆς ὑποσάσεως. Qui error utinam non esset tam frequens Sadeeli? Quod per essentiam omnipræsens est, (ut*

Deus)

DEVS) est infinitum. Corpus verò Christi omnipræsens dicitur, non per essentiam, quæ finita est: sed per & propter unionem cum infinito λόγῳ hypostaticam, & sessionem ad dextram maiestatis. Tota Sadeelis argumentatio, quæ sanè proluxa est, huc redit: Corpus actu est in uno loco: corpus actu est ubique: Sunt ἀντιφατικά. Vera igitur simul esse non possunt. Mirè vagitat respectuum diversitatem, quam nostri proponunt: sed toti ei tractationi, quæ est merè physica, oppono illud: Caro Christi ex se quidem viva est, propter animam suam, at non vivifica. Sed tamen & vivifica est, ratione unionis cum λόγῳ. Respondeat ergò mihi Sadeel: Caro Christi sunt actu vivifica: & actu non vivifica? Et quod hic responsurus est: idè sibi responsum putet ad suum argumentum. Ut clariùs appareat sophisma, consideretur actus duplex corporis Christi: 1. naturalis, 2. personalis: de quo infra fusiùs. Corpus Christi igitur uno loco est actu naturali, id est, per essentialem seu naturalem proprietatem. Idem corpus est omnipræsens actu personali, id est, propter unionem personalem cum λόγῳ. Contradictio igitur hæc nulla est, quia causa præsentia diversa, & diversus respectus est.

P. 24.

Notentur hæc Sadeelis verba de sinceris nostra confessionis doctoribus: Non negare eos (de humana natura) quin sit finita &c. Quid igitur toties ille calumniatur de corpore infiniti?

Tripli-

Triplicem considerationem corporis Christi. 1. Physiici seu naturalis. 2. Gloriosi seu glorificati. 3. Exaltati ad Dei dexteram: arro-
 dit quidem Sadeel, non refutat. Tantum affirma-
 pag. 30. dotēs seu prerogativas illas glori-
 osi corporis nō opponi ἀντιφατικὰς proprie-
 tatibus corporis essentialibus. Quod quidem ego affirmo: sed addo, nec hanc esse ἀντιφατικὴν
 in oculis Dei, quādo vivifica vis omnipotentia,
 omnipræsentiā &c. Christo homini, seu secundum humanam naturam, tribuitur. Scriptura enim non docet ἀντιφατικὰ: & Spiritus sanctus mentiri non potest. Hebr. 6. Tit. 1.

Sadeel vocat ἀντιφατικὰ: Actu omni-
 præsens, actu non omnipræsens: item, 27. 28.
 actu circumscriptum, actu incircumscri-
 ptum, &c.

Respondeo. 1. Corpus Christi non dicitur ἀπερίγραπτον: quia proprie essentia, quæ finita est & manet, terminis circumscribitur & finitur. Aliud est, si id circumscriptum ad locum externum ambientem referre quis velit.

2. Actu omnipræsens, actu non omnipræsens, non sunt ἀντιφατικὰ, quia non utrumq; membrum loquitur de uno & eodem actu. Alterum enim de actu naturali intelligitur: alterum de actu personali. Rem alio exemplo declaro. Caro Christi non est vivifica actu naturali: quia vivificare non est carnis essentialis seu naturalis proprietas, Caro Christi est vivifica, actu personali.

sonali, id est, propter unionem personalem. Accurate hæc inra actum duplicem noletur distinguere: qua solidè & verè confutatur, quicquid hic & alibi sæpè contra humanam naturam Christi gloriam Sadeel spinosè disputat: sicut suo loco plenius explicabitur.

P. 27. 28. Ad collocationem animæ & corporis, cum Christo, quod attinet: Et si de illa peculiari loco infra differetur: pauca tamen hic notanda sunt contra Sadeelis perverfam applicationem. Status autem hic est. Quemadmodum anima potentias suas communicat corpori: ita & λόγος & proprietates suas communicat assumptæ humanitati. Item: quemadmodum corpus dupliciter consideratur. 1. ex se, quatenus corpus: 2. ex unione animæ, quatenus animatum: Ita humana natura Christi consideratur. 1. ex proprietatibus essentialibus. 2. ex unione personali. Atque hinc declaratur: Non esse contradictionem; Corpus Christi esse in certo loco semper ubi: & esse omnipresens. Illud enim dicitur de Christi corpore, quatenus est corpus, & secundum corporis proprietates consideratum. Hoc verò quatenus idem illud corpus τοῦ λόγου personaliter unitum est, &c.

Contra Sadeel differit de corpore humano, quod potentiâ vitam habeat. Atque ita non simpliciter considerat proprietates corporis, sed corporis humani: easque ita considerat, ut si velit applicare ad cadaver hominis, (quod certe

certè corpus est) minimè conueniant: Cadaver enim non habet vitam, motum, sensum, potentia. Actus enim Physicus nullus superest. Nam si quis resurrectionem ex mortuis velit urget: respondeo: illam non manare ex potentia quadam corporis physica, sed ex omnipotentia diuina. Hoc itaque primum est, in quo Sadeel nobis non satisfecit. Deinde cum urget: ad actum: Corpus actu vivit, & actu non vivit: Respondeo. Similitudinem non debere latius extendi, quam ad suum tertium, cui probando seu illustrando sit adhibita, Tum quæro ex Sadeele: cum dicitur: Oculus videt, auris audit: anne ibi duplex sit respectus: contra quem tam depugnat vehementer, simul concurrat? Ego sanè affirmo. Oculus enim ex materiae suæ proprietate seu vi non videt, id quod patet in oculo eruto, vel oculo animalis demortui: Vbi materia oculi remanet, videndi vis est sublata. Videt autem oculus ex anima unione, & communicatione huius potentie, sed nolo ista subtiliùs persequi: nec idcirco assero, ut urgeam omnes similitudinis partes. Sufficit si quadrat simile cum eo, ad quod illustrandum allatum est. Infrà plura suo loco.

Repetitur Calumnia: Corpus actu simul P. 28. est finitum & infinitum: physicum non & 30. physicum. Et quando verò satis calumniarum?

Querit Sadeel: An corpus Christi ver. P. 29. fantis in terris fuerit actu simul mortale & immortale?

E Respon-

Respondeo, *iid. m. quero*: Anue corpus Christi acta simul fuerit *vi visicum* & non *vi visicum*. Atq; respondeo jam ad utramq; expedire: distinguendo inter actum naturalem & personale. Actu naturali non fuit *vi visicum*; at fuit *vi visicum* actu personali. Quod atinet ad mortalitatem & immortalitatem: Certum est, Christum hominem mortalem fuisse non ex necessitate humane sue nature (erat enim ea personaliter unita vite τὸ ἄδύο & erat sine peccato, cuius stipendium mors est. Roman. 6.) sed ex liberrima voluntate & beneplacito; juxta illud Iohan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & eam resumendi.

P. 30. *Ait Sadeel*: Neque te adjuvat, quod ais, proprietatibus corporis remanentibus supra eas, alias proprietates fuisse communicatas.

Respondeo. Diligenter consideretur vis huius argumenti: Scriptura utrumq; affirmat: Corpus Christi esse, & manere verum corpus: Et: illud corpus esse glorificatum divinis proprietatibus, ut possit esse, ubicumq; velit. Mat. 18. 26. 28. Apocal. 1. Act. 23. At Sadeel opponit hæc duo: si corpus est & manet corpus: Ergo non omnipræsens: itaque nec præsens in cena, que in his terris celebratur. Et vicissim: si omnipræsens: Ergo non verum corpus. Quæ itaque spiritus sanctus coniungit, ea dirvellit & separat Sadeel; idē ita, ut ex
Phyfica

Physicis regulis concludere præsumat contra axiomata divina.

Varios respectus ait valere in persona Christi, non in naturis.

Respondeo. Consequentur ergò hæc incommoda gravissima. Caro Christi vivificat proprietate essentiali. Sanguis Christi emundat à peccato proprietate essentiali. Christus, quæ homo, est omnipotens, iudex &c. proprietate essentiali. Aut si hæc non fluunt ex proprietate essentiali (ut certè non fluunt) falso illa omnia de humana Christi natura in scripturis prædicantur: quod absit. Valet Sadeelis pronuntiatum in primo et secundo gradu communicationis: in tertio est falsissimum, uti jam monstratum est.

Humanam Christi naturam esse in loco localiter, & in λόγῳ personaliter: Nichil est, inquit Sadeel, præter peritionem principij, illustratam scilicet vocabulorum paronomasia. P. 31.

Respondeo. Figant hic oculos, quicumq; Christum amant: & considerent mecum, quam nobis unionem Sadeel definiat humana natura cum filio Dei. Ridet hanc distinctionem inter locum & λόγον. Videamus quo jure. Natura humana Christi est in loco. Omnes affirmant. Natura humana Christi est in λόγῳ. Quis pius neget? unita quippe illi hypostatice. Quæro jam: quomodo & cur in loco est? Respondeo: locali-

ter, secundum veri corporis modum, ait Augu-
stinus. Quomodo & cur in λόγῳ est? Respon-
deo: hypostaticè: quia personaliter assumpta in
Deum λόγον, ait Athanasius. Nam hec duo
unum sunt? Num tantum vocabulorum πρῶ-
τομασία est? Vide quid machineris Sadeel.
Carnem Christi duntaxat statuis in loco. λό-
γῳ non est locus: neque sumi in eo loco ulla
quod & supra dicebamus, Estinè ergò caro
Christi in λόγῳ? Negabis? Vbi ergò subsistit?
Extra λόγον enim non est, quod fatentur o-
mnes. Nec te liberabit, quod ais, valde esse
phrasin periculosam esse in λόγῳ. Ediffere
enim nobis, unde imminet periculum, quo possi-
mus cavere. Ne humana natura, inquis, cum
persona λόγου confundatur. Quid istud?
Quis inferat hoc συμπίεσμα? Caro Christi
est in λόγῳ. Ergò caro Christi est persona λόγου.
Apagesis istam sophisticen. Fatetur in symbolo
suo Athanasius, humanitatem esse assumptam
in Deum. Ergò in DEO est. Clarius etiam La-
mascenus asserit lib. 3. cap. 12. Carnem assu-
ptam εἰς αὐτῶν τῶ λόγῳ habere suὰ ὄντας: ne
mibi reliqua percipienda sint.

At, inquis: λόγῳ est in humana natu-
ra, tanquam templo. Ergò non est huma-
na natura in λόγῳ.

Respondeo. 1. Accepto utraq; manu: λό-
γῳ habitat in carne, tanquam proprio tem-
plo. Ergò non est extra suum templum. Quare
presen-

presentem sibi carnem habet, sive in cælo sit, sive in terra, sive in Ecclesia, sive in medio inimicorum. Quod tu strenuè negas: Sadeel: alligando ad locum unicum assumptam naturam. Pertinet hæc consideratio presentia Dei in templo Hie, osoly nitano ad arcam fœderis: quæ typus erat Christi. 2. Coæsecutio probeatur: λόγος ἐστὶν ἐν σαρκί. Ergò caro non est in λόγῳ. Viam in iur gentiū eam perquiremus? Anne extra λόγῳ caro est? Quid verò magis impium ab ipso Nestorio cogitari possit? Tum scilicet periculosa phrasis est? Carnē esse in λόγῳ. Pia antiquitas commendabat περὶ ἁλώσεως in hoc mysterio: cuius rei apud Damascenum infinita extant testimonia, subinde etiam additis particulis εἰς ἀδιάντα καὶ ἀδιάντα. Abi nunc, Sadeel, & unionem hypostaticam talem effinge, quæ neget, carnem assumptam esse in λόγῳ. Conferantur hæc gemmæ inter se: Sadeel negat, piè dici: Caro est in λόγῳ. Assirnant alij: λόγος ἐστὶν ἐκτὸς σαρκί. Hunc verò Christum teneant solis sibi, quicumq; sic sentiunt. Nos eum veneramur Messiam, qui est Immanuel, Deus & homo: in quo nec sine vera humanitate creditur divinitas: nec sine vera divinitate creditur humanitas, ait Leo Romanus. Negat procedere conclusionem, si esse accipiat pro subsistere.

Respondeo. Consistat Sadeel intra terminos, & sic concludat: Caro est in λόγῳ, id est,

est, subsistit in λόγῳ. Quomodo? An localiter? Absit: quia λόγῳ non est locus, nec sunt in eo loca. Ergo personaliter. Atq; hoc demonstrandum erat. Non erat Sadeeli mutandum genus prædicationis. Etsi enim hæc ipsa conclusio posita at commodatur ad omni præsentiam; tamen Sadeeli hoc erat propositum, ut reselleret distinctionem inter hæc duo: Humana natura est in loco localiter: in λόγῳ personaliter.

P. 31^a. Ait Sadeel: Quia verò caro non esset
 32^a in loco, nisi subsisteret in verbo, quia ne esset quidem, certè Caro etiam quatenus subsistit in verbo, est in loco localiter. Nam causa subsistentiæ est etiam causa existentiae & realis præsentiae.

Respondeo, Digna verba, que diligenter excutiantur: quod utinam fieri à me possit quàm brevissime. Conclusio Sadeelis hæc est: Caro Christi ubicunq; est, est tibi localiter: Etia in ipso verbo. Horreo, Audio enim negationem personalem. λόγῳ non est locus, ut jam sæpè dixi. Nec sunt ulla loca in λόγῳ: quia simplicissimus, infinitus. Ergo in λόγῳ nihil esse potest localiter: quemadmodum in Deo nihil est corporaliter. Gaude igitur Nestori: decretus tibi à Sadeele triumphus est.

sed attendantur argumenta Sadeelis. Caro subsistit in verbo. Ergo est in loco. Ratio: quia ne esset quidem caro, nisi in verbo subsisteret.

Respon-

Respondeo. 1. Omitto homonymiam in
 voce *subsistentiæ*: quæ generatim ad omnes crea-
 turas refertur, quia sustentantur in Deo. Act.
 17. Coloss. 1. Hebr. 1. speciatim ad solum Chri-
 stum pertinet: quia humana natura subsistit in
 λόγῳ, id est eandem habet cum λόγῳ ἕνωσα-
 σιν, vel, ut ait Damascenus lib. 3. orthodox:
 fid. cap 8. hypostasis verbi inconvertibiliter fa-
 cta est carnis hypostasis. 2 Confusio est substan-
 tiæ carnis & hypostaseos. Quod corpus Christi
 in loco est: habet id ex conditione substantiæ:
 habet illud, inquam, commune cõm omnibus sub-
 stantijs corporeis. Elenchus ergò causæ est, cum
 asserit Sadeel, corpus esse in loco: quia subsistit
 in verbo. Quare sic statuendũ: Corpus Christi
 est in loco: inde, quia corpus est. Quatenus au-
 tem illud corpus, quod ex essentia conditione
 locale est, subsistit ἢ αὐτῷ τῷ λόγῳ, ut lo-
 quar cum Damasceno, protinus evanuit omnis
 & loci & temporis ratio: quia in λόγῳ neque
 locus est illius, neque tempus. Annõn autem stu-
 por est, velle pro eodem habere corporis natura-
 le accidens, & subsistentiam in Deo Verbo?
 Quis enim patienter audiat hæc Sadeelæ?
 Causa subsistentiæ, inquit, est etiam causa
 existentia & realis præsentia. Non philo-
 sophabor de dimensionibus interioribus & ex-
 terioribus corporum: quibus & essentia ter-
 minatur, & loco externo physicè subjacet. Ista,
 qui volet, repetat ab Aristotele & alijs. Hoc
 E 4 autem

autem querere mihi liceat ex Sadeele : si eadem est substantia & existentia & presentia causa : quenam causa sit, cur corpora reliqua humana, quae non subsistunt in λόγῳ personaliter, sicut in loco. Causa enim remota, effectus etiam removetur. An fortè Christi corpus non est nostris simile corporibus, quantum ad locum? At alibi hoc urget vehementissimè. Num unio localis est inter τὸν λόγον & assumptam carnem? At hactenus personalem Ecclesia piè nuncupavit. Et quid argumenta ea sibi voluit, quae à corporis proprietatibus ducit Sadeel: si earum omnium causa est subsistentia in λόγῳ? Certè enim corporis proprietates non est subsistere in filio Dei personaliter. Nisi dicat Sadeel, omnes homines esse Deo personaliter unitos. Quod quidem per atrocem calumniam nonnulli non dubitant objicere viris de Ecclesia Dei optimè meritis: culpam scilicet, cuius ipsi rei sunt, in alios innocentes impudenter transferentes. sed satis hoc loco de his Nestorianis quisquilis: quibus nescio an homo Christianus quicquam professione sua indignius possit erubescere.

P. 32. Nota calumniam in connexo ἀπαγορευτικῶ.
Corpus Christi per se considerare dicit idem esse, quod seorsum à λόγῳ considerare: Cum τὸ per se idem hic notet, atq; essentialibus proprietatibus in ipsa unione, considerare. Quia verò tandem à calumnijs tutum erit?

erit? Corpus Christi unum & idem, semper in
 unione manens, consideratur vel respectu sui-
 ipsius, quatenus à λόγῳ distincta natura est
 (nunquam autem separata) ex essentialibus
 proprietatibus. Aut consideratur ex unione, qua-
 tenus cum λόγῳ una persona est. Res exemplo
 declaretur. Vivit corpus Christi seu humana
 natura Christi ex se & per se, quia animata est.
 Vivificat non ex se & per se, sed per & propter
 unionem cum λόγῳ.

Pervertit statum, repetitione veteris ca-
 lumniae. Querit enim de corpore actu & rea-
 liter infinito & incircumscripto. Quidni
 addit etiam eterno? In limine libri allegatum
 est testimonium formulæ Concordiæ, contra
 istam calumniam. At paulò antè Sadeel ipse
 affirmavit, nos non negare de humana na-
 tura, quin finita sit. Ecquid ergò disputat? &
 contra quos? Annè hoc est illud veritatis inda-
 ganda studium, de quo præfatio gloriabatur?
 Hic enim principalis status est: An Christus
 verò suo humano corpore, quod est & manet
 finitum, præsens esse in actione cænæ Dominicæ,
 & congregatione fidelium, & medio inimico-
 rum possit, vi & beneficio unionis personalis,
 & quæ hæc comitatur, communicationis idio-
 matam? Affirmamus nos cum sacra scriptura:
 negat Sadeel cum suis gregalibus. Huc itaque
 argumentorum tela dirigenda fuerunt.

Argumentis omnibus huius capituli oppono

62. CONTRA ANTO: SADEEL.

hac: Quod Christus promittit: id potest sine ulla vel absurditate vel *artificiosa* præstare. *Psal. 33. Ipse dixit: & facta sunt.* *Psal. 115. Quaecumq; voluit, fecit.* Atqui hoc: Christus corpore suo præsens est in Ecclesia, in sacramentis, in medio inimicorum: Christus promittit. *Matth. 18. 26. 28. Act. 23. Ephes. 4. Apoc. 1. 2. Psal. 110.* Ergò id potest sine ulla vel absurditate vel *artificiosa* præstare.

Item: Naturæ Dominus non est naturæ legibus subjectus. Christus secundum utramq; naturam, est naturæ Dominus. Ergò non est naturæ legibus subjectus: quò minus, secundum suam promissionem, possit præsens statuere suum corpus, ubi velit.

DE COMMUNICATIONE
PROPRIETATIVM.

P. 34. *Explicat Sadeel doctrinam de communicatione idiomatum planè sensu scholastico: ut nihil sit aliud, quàm genus loquendi, cum de persona enuntiatur id, quod alterius tantum naturæ est proprium.*

P. 35. *Ait, veteres norwiciap intelligere de ipsa unione. Quod etsi non nego sæpè fieri, ad denotandam ex necessario effectu causam unionem scilicet arctissimam adeoq; intimam (quò pertinent illa, quæ à Sadeele producuntur, patrum*

trum testimonia) certum tamen est sapissimè eandem vocem apud patres propriè accommodari ad significandum effectum unionis, nempe communicationem idiomatum: sicut suis locis testimonia apertissima citantur. Hic unum sufficiat. Eusebius lib. 4. demonstr: Evangelici: λόγος & quidem ex seipso sua communicabat homini: non autem vicissim à mortali ipse aliquid accipiebat. Vbi notanda venit ἀνθρώποις inter τὸ communicare, & τὸ accipere. Item, quòd ea communicatio refertur ad hominem, ut loquitur Eusebius, non autem vicissim ad λόγον. Vnio verò reciproca est: quia λόγος & unitus carni: & caro unita λόγῳ. Quare necessariò aliud est unio, nempe causa, aliud communicatio, nempe effectum.

In testimonijs patrum, quæ allegat Sadeel, P. 35.
hoc probè observandū est, non unionē tantūm 36.
naturalium, diuinæ & humanæ, in Christo proponi, sed & asserti earundem summam communicationem: ratione cuius Deus verè est & dicitur homo, & vicissim homo Deus. Non potuisset Sadeel quicquam contra se suamq; sententiā afferre violentius: quandoquidem ipse cum suis, ejusmodi intimam naturalium communicationem non credit: id quod ex multis argumentis passim liquet, tum verò etiam ex his ipsius verbis, paulò antè p. 35. propositis: Non quòd unius nature proprietates cum altera natura &c. comunicentur. Natura autem & proprietates in diuinis
id est

idem sunt. Quare proprietate divina non communicata: nec ipsa divina natura communicabitur.

Pag. 36. Communicandi & communione vocabula intransitive à veteribus usurpantur, ait.

Respondeo. Sape etiam transitive: quod demonstro tum ex perspicuis testimonijs, tum ex $\sigma\omega\omega\nu\upsilon\iota\epsilon\zeta$ aliarum vocum. Basilii in nativitate Christi: Humana domini caro ipsa particeps facta est deitatis: non autem propriam suam infirmitatem μετέδωκε communicavit seu tradidit deitati. Damascenus lib. 3. cap. 7. Divina natura ipsa quidem proprias glorificationes carni communicat: cum ipsa maneat impossibilis & immunis passionum carnis. Alia ejusmodi occurrunt infinita.

Accusat nos Ἡδωγαφίματ: Certe tam immeritò, quam malitiosè. Ac fundamentum nostræ sententiæ in verbo Dei est, non in veterum scriptis, ut sugillat Sadeel. De se ipso, si scripsisset, verum scripsisset: ut apparebit sepius in allegatione veterum doctorum.

Pag. 37.

Concludit communicationem idiomatum esse ipsam unionem, quod paulò post solide refutabitur: & aliud clamant superius à nobis allata patrum testimonia. Confusio est causa & effectus.

Scholasticorum communicationem idiomatum ait esse verbalem, id est, ad verborum

borum & phrasium expolitione pertinentem. Cui hoc solum jam oppono. Qualis est unio, talis est communicatio. At unio non est verbalis, sed realis & personalis. Ergo et communicatio non est verbalis, sed realis & personalis.

De gradibus communicationis nos postea monebimus. Istud hic notandum, Scholasticos serè unum genus solum constituere communicationis idiomatum: quando personæ tribuitur, quod est alterius naturæ proprium: ad quod genus accommodat Sadeel dicta patrum, quæ citra magno numero: sed præter eam. Est enim hic consensus inter partes: neque nos illam communicationem idiomatum in vero sensu negamus, sed duos alios modos adycimus, uti sequetur, sic ergo docemus.

Pag. 38.
39. &c.

Unio hypostatica, de qua loquimur, est assumptio humanitatis in Deum. Ex qua unione consequitur idiomatum communicatio: quæ est talis, qualis est ipsa unio, realis, inquam & personalis, non essentialis, physica, aut verbalis. Porro illius communicationis gradus seu genera tria sunt: quæ docedi causa sic vocantur. 1. κοινωια τῶν ἰδιωμάτων, καὶ ἕξω λόγῳ dicta 2. κοινωια ἐπέγγελτων, communicatio operationum. 3. κοινωια πνευματικῶν, communicatio maiestatis. Variæ appellationes horum generum seu graduum, quæ apud veteres extant, alibi recitantur.

1. Communicatio proprietatum, κοινω-

via ἰδιωματικῶν propriè dicta, est, quando id, quod proprium est unius naturæ, prædicatur de persona, in concreto. Vt: Filius hominis descendit de cælo. Author vitæ interfectus est. Deus redemit Ecclesiam suo sanguine. Filius Dei est crucifixus. In hoc genere. 1. Subiectum est persona: non alterutra ex naturis. 2. prædicatio est reciproca. 3. Naturis essentialia proprietates vindicantur. De hoc primo gradu non est controversia inter nos & Sadeelem.

2. Communicatio operationum κοινωγία ἑνεργησῶν est, quando utraque natura in Christo, cum communicatione alterius, agit id, quod cuiusq; est proprium: juxta definitionem Concilii Chalcedonensis. Ad hoc genus pertinent dicta de officio Christi redemptoris, salvatoris, propitiatoris, mediatoris. Distinctum hoc est à primo genere communicationis. Ibi enim essentialia proprietates suis naturis vindicantur: Hic communio est operationum ad commune ἀποτελεσμα. Redemptio enim Christo secundum utramque naturam tribuitur. Damascenus lib. 3. capite 14. Utraque natura in Christo agit, quod cuiusque proprium est, non διηρημένως, sed ἠνωμένως. Leo Epistola 81. In tantam unitatem ab ipso conceptu Virginis deitas & humanitas connexa sunt, ut nec sine homine divina, nec sine deo agerentur humana.

3. Communicatio majestatis est: quando humane naturæ Christi tribuuntur tum dona hyperphysica, tum divina potentia, gloria & majestas. Differt hoc genus à prioribus. A primo quidem. 1. quia fit (mediate persona) inter ipsas naturas, ut divina de humana accipiat, 2. non est reciprocum, 3. non agit de essentialibus proprietatibus carnis: sed de ὑπερφυσικῆς & θεωλογικῆς. A secundo vero differt: quia ibi quælibet natura agit, quod est sibi proprium: Hic humane naturæ ultra proprietates essentielles tribuuntur dona, tum finita, tum infinita. Huc pertinent: Humana Christi natura glorificata est, Matth. 17. Caro Christi vivifica est. Iohan. 6. Sanguis Christi emundat à peccatis. 1. Iohan. 1. Mihi data est omnis potestas. Matth. 28. &c. Decretum Nicenum: λόγος non minuebatur amictu corporis assumpti, sed potius deificabat illud. Augustinus contra Felicianum cap. 17. Injuria sui corporis affectam non fateor deitatem, sicut majestate deitatis glorificatam novimus carnem. Hoc tertium communicationis genus quoad dona infinita maxime oppugnatur ab adversariis. Hactenus nostram sententiam velui in ἑωυτοῖς proposui: ejus singula membra, suis quæque locis, prolixius exponentur. Nunc redeo ad Sadeelem.

Ipsi

Pag. 44. Ipsi veteres, inquit Sadeel, dum suam sententiam explicant, usurpant hæc vocabula, voces, dicuntur, sermo, vocabulum, nomina, & consimilia. Injere hinc vult communicationem idiomatum esse verbalem.

Respondeo. Ἀνακόσδος est. Verba enim sunt rerum symbola. Et nisi res sub se, qua verbis significatur, communi dicitur pro rebus, verba davi, id est subesse fraudem. Py itaq; majores istis vocabulis rem communicationis idiomatum minimè tollebant, sed asserabant potius & vindicabant. Quod cum sit ex infinitis patrū testimonijs quàm clarissimum, non opus est prolixiore responsione, sed repeto saltem superius argumentum. Qualis est unio, talis est communicatio, ait Nazianzenus. Unio realis est, non verbalis. Ergo communicatio realis est, non verbalis.

Omnes partes, inquit, hanc communicationem ipsi personæ constanter tribuerunt.

Respondeo. Rectè. Quia fundamentum communicationis est personalis unio. At non sic illam tribuunt personæ, ut denegent naturis. Fatentur enim unanimi consensu, Carnem assumptam exaltatam esse in gloriam assumptis: id quod in progressu plenissimis ipsorum verbis demonstrabitur.

P. 45. 46. Disputat Sadeel contra argumentum
47. quoddam Mathematicum, quod ait à non-
nullis

nullis objectum esse. Ipsi pro se respondebunt. Amplectimur autem splendidā illam gemmam quam ex Chrysoſtomo interſpergit dicente: Ex Philoſophia res diuinas intelligere eſt candens ferrum non forcipe, ſed dignis conrectare. Quod dictum uinā Sadeel non praſcripſiſſet ſolum alijs, ſed & ipſe obſeruaſſet? Tum enim futurum erat, ut non ex Phyiſicis negaret Theologica (quod facit in examine proprietatum corporis, & opinione de mansionibus caeleſtibus, & alibi) ſed corrigeret ex Theologicis naturalia.

Quatuor reprehendit Sadeel in noſtris doctoribus. 1. Quod allerant communicationem eſſentialem. Vbi nota calumniam.

P. 47.

2. Quod eam non in perſona, ſed ipſis naturis conſiderent.

3. Quod per communicari intelligant commune fieri.

4. Quod communicationem ſtatuant tantum ex parte deitatis communicantis.

De quibus ordine videndum eſt.

Argumentatur Sadeel: Reale idem hic eſt, quod eſſentiale: quia res & eſſentia in diuina natura ſunt unum & idem. Proprietates diuinæ naturæ ſunt ipſa deitatis eſſentia.

P. 47.

48.

Reſpondeo. Valebit idem argumentum contra unionem, ſi pugnat contra communicationem idiomaticam. Vnio proſectō realis eſt: eſſentialis

F

ſentialis

sentialis non est. Confusio est inter rem & modum rei, Elenchus igitur accidentis. Neq. sunt hæc subterfugia, ut clamat Sadeel, sed veritas, ut unio est duarum naturarum, non tamen naturalis: duarum essentiarum, non tamen essentialis: sic & communicatio. Atq. hinc ἀδίκως ^{ἀδίκως} concludimus contra Sadeelem, eum dissolvere Christum. Proprietates λόγος sunt ipsa λόγος essentia: seu, ut generalius Sadeel: proprietates divine nature sunt ipsa deitatis essentia. Atqui proprietates λόγος non sunt carni assumptæ communicatæ, asserente Sadeele. Ergo ipse λόγος carni non est communicatus. Quare homo non est Deus: nec Deus homo ἄσθεβες.

P. 49. Persona, inquit Sadeel, non idem plane designat, quod essentia, sed denotat τὸ ποιοῦν ὑπὲρ ἑαυτοῦ.

Respondeo, Persona aliud nihil est, quam essentia sua characteristicam proprietate insignita seu determinata, ut loquuntur Scholastici. Et perquam velim audire ex Sadeele, quam differentiam asserre possit inter τὸ λόγος personam, & τὸ λόγος essentiam (de λόγος enim nunc sermo nobis est, qui carnem assumpsit.) Nisi compositum fingat esse λόγος op. fatebitur expresse personam λόγος & ipsius essentiam differre non re ipsa, sed tantum ratione. Ac tum sanè facillimè conclusionis suæ vitium agnosceret. Quod ipsum & hinc manifestum e-
radit.

vadit: quia si argumentum propositum pugnat contra idiomatum communicationem: multò etiam efficacius pugnabit contra unionem ipsam: quæ profectò realis & vera est, essentialis non est. Non enim duæ essentia in unam confunduntur: sed duæ distincta natura uniuntur in una persona. Ideoq; jam certum est, cum Sadeel tantum disputet contra essentialem idiomatum communicationem, non nostram oppugnari sententiam, (rejecimus enim expressè illam communicationem essentialem) sed proprii ipsius cerebri figmentum. Sed tamen veritati operam hanc navabimus, ut argumenta singula ordine excutiamus.

Sadeel vocat insectis in magnam affirmare, quod possint quædam communicari realiter, quæ non communicentur essentialiter.

Respondeo. Maxima verò Sadeeli insectia: quæ nescit unionem esse realem, nec tamen essentialem. Qualis autem unio, talis & communicatio, ait Nazianzenus: quia hujus illa causa est.

Magis differunt, inquit Sadeel, quæ essentialiter differunt, quàm ea, quæ realiter.

Respondeo. Quæcumq; differunt essentialiter, ea etiam differunt realiter: non contra. Quid verò tum postea? Num conclusis inde: Ergò unio est essentialis potius, quàm realis?

lis? Profecto non sunt hæc argumenta talia, ut ad eorum intelligentiam exercitatos in accuratis tractationibus Sadeel requirat. Quippe uniuersa uno impetu ruunt solius unionis hypostaticæ facta mentione. In memoriam ergo hic reuoco Sadeeli gemmam istam Chrysostomi: Ex philosophia res diuinas intelligere est candens ferrum non forcipe, sed digitis contrectare.

P. 50. Concludit Sadeel, communicationem idiomatum esse explicandam secundum opinionem veterum patrum & scholasticorum.

Respondeo. Quod ad scholasticos, nos maioris facimus scripturâ & piâ antiquitatem, quam totam cohortem scholasticorum, qui plerunq; subtilitatis, quam veritatis fuerunt studiosiores. An autem ex orthodoxorû patrum sententia accipiamus communicationem idiomatum, ipsi suis verbis testabuntur suo loco.

P. 51. Adfert exempla Sadeel ad repudiandam communicationem idiomatum realem. (Dominus gloriæ fuit crucifixus. Deus suo sanguine acquisiuit Ecclesiam. Manus nostræ contrectârunt verbum vitæ) in quibus negat esse communicationem realem.

Respondeo. Confusio est graduum communicationis idiomatum. Cum enim quaratur potissimû de tertio gradu seu genere *κωμωσιας* adfert Sadeel exempla primû & secundû generis.

ris. Est igitur μετάβασις ἐξ ἄλλο γίνεσθαι. Diximus supra, in primo genere κοινοῦ, subiectum esse personam, non alterutram ex naturis. De secundo item, quod utraq. natura concurrat ad commune ἀποτελεσμα. Hic Sadeel nihil habet, quod possit carpere. Allatrat hoc solum, quod in tertio genere, humana natura Christi dicitur omnipotens, omnipraesens, vivifica. Debebat ergo ex hoc tertio genere proferre exempla, si accuratè vellet disputare: non miscere ea, quæ sunt diligenter discernenda.

Tanquam absurda hæc profert Sadeel: si deitas haberet realiter sanguinè, realiter crucifixus esset.

Respondeo. Ista ex confusione Sadeelitica consequuntur quidem, at non ex Orthodoxa sententia. Hoc autem verè sequitur propter realem communicationem: Ergò λόγος realiter habet sanguinem, realiter crucifixus est, realiter contrectatur. Est enim caro, in qua & secundum quam omnia ea fieri dicuntur, τὸ δὲ λόγος propria caro: ut de ea affirmari nihil possit, quin idem ipsum de λόγος verè & realiter dicatur: idq. ob unionem arctissimam & communicationem non verbalem, sed veram & realem. Quam realem communicationem cum neget Sadeel, statuatur necesse est, solam carnem passam esse pro genere humano: quo quid dici magis impium possit? Deus enim nos redemit, & ut supra Sadeel ex actis ipse recitabat, Deus

acquisivit sanguine suo Ecclesiam. Nec possunt nobis valere idem: Deus λόγος & passus est κατὰ σάρκα: &: Sola caro Christi passa est. Prior locutio vera, Apostolica & Orthodoxa est. Posterior Nestoriana. A quo errore ut liberare se possit Sadeel, plurima ipsi revocanda fuerint, que in hac tractatione magnis viribus defendere conabatur, ut passim vidimus supra, & porro videbimus.

P. 52. Quaecumq; hic dicuntur de communicatione inter naturas, pertinent illa ad tertium communicationis gradum: à Sadeele autem confunduntur in genus secundum. Quo errore sublato omnia plana sunt. In tertio enim genere comunicans natura est divina τὸ λόγος, conferens unita carni suam majestatem & gloriam. Neq; hæc communicatio reciproca est: ut supra annotavimus. Peccat Sadeel μεταβαίνων ἐπὶ ἑλλο γένος, & confundens distinguenda.

Quærit Sadeel: An etiam caro τὸ λόγος communicet suas proprietates.

Respondeo. Iam responsum est. Assumentis est dare & communicare. λόγος autem assumendo carnem appropriat sibi ipsi ea, que sunt carnis. Hinc filius Dei nascitur, patitur &c. Que si neget Sadeel, ostendat, numq; sola humanitas patiendi liberare potuerit genus humanum. Et excuset Nestorium vociferantem: Noli gloriari Indæe. Non enim Deum, sed hominem crucifixisti. Nam quomodo hoc.

hoc ex illo consequatur, in progressu fiet manifestum.

Definitionem unionis personalis attigit, ut est in concilio Chalcedonensi proposita: ^{P. 52.} quam & nos vehementer approbamus, & fortissime ^{53.} urgemus contra illum. Naturarum enim differentiam essentialem servamus, & earundem unionem & communicationem personalem asserimus, insistentes vestigijs concilij Chalcedonensis.

ADVERSUS REALEM PROPRIETATVM COMMUNICATIONEM.

Argumentum I.

Communicatio realis repugnat naturae unionis, Ergo falsa.

Respondeo. Communicatio omnino talis est, qualis est ipsa unio, ex regula Nazianzeni. Et ut in unione essentiales proprietates servantur, sic & in communicatione idiomatum. Vtrumque enim scriptura affirmat: utrumque ergo verum est. sed instat Sadeel: Proprium servari, & proprium communicari ἀντιφαστικῶς dicuntur.

Respondeo. 1. Affirmat scriptura: vita propria τὸ λόγος est, & haec proprietas soli Deo servatur. Et tamen vita communicatur carni.

Iohan. 6. Idem de omnipotestia, adoratione, omniprasencia &c. dictum volo. Taceat ergo humana ratio, & audiat spiritum sanctum mysteria sua explicantem. 2. Cur desinant esse propria, quæ filius Dei carni suæ (non alienæ, sed propriæ) communicat, cum qua tota totus unum factus est: unum, inquam, non essenziale, sed personale? Leo Romanus Epistola 81.: Quæ Christus, inquit, in forma servi à patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donavit: ipse scilicet sibi. Cyrillus de incarnat: unigeni: cap. 7. Communes facit tanquam cum sua carne divinæ suæ majestatis operationes. 3. Infra suo loco audiemus, quomodo anima potentis suas corpori communicet, quæ tamen anima non desinunt manere propria: item ignis ferro &c. 4. Denique ipsa phrasis consideretur: Communicatio proprietatum. Annè & hæc ἀντιφάσις est Sadeeli? Conjungit autem τὸ ἴδιον καὶ τὸ κοινὸν ἑῶν, proprium & communicari. Quod ipsum contingit semper in distinctione duarum naturarum Christi, & eandem unione personali. Ibi enim unum & multa non opponuntur ἀντιφάσιδες. Multa enim sunt: nempe duæ naturæ. Et unum est; nempe ὑψίστου, una persona. Aliquoties hoc argumentum recurret: sed satis sit semel respondisse. Iudico enim hanc responsionem idoneam & constantem esse, qua pia conscientia tuto acquiescat.

Argu-

Argumentum II.

Nihil quod est essentia divina, rei creatæ communicari potest, Omnipræsentia P. 54.
est essentia divina. Ergò.

Notetur hoc argumentum. Evertit enim unionem hypostaticam. Num enim ὁ λόγος sine divina essentia est? Non itaq; verum est secundum Sadeelem: Divinam essentiam seu naturam τῷ λόγῳ, unitam & communicatam esse se carni. Ac falsum, scilicet dixerit Paulus (quod absit) πᾶρ τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσθαι ἐν ἡμῶν σωματικῶς. Coloss. 2. Annon enim ἡ θεότης divina essentia est? Rectè verò Samosatenus secundum Sadeelem, asseruit: τὰς δύο φύσας ἀκοινωνήτας. Propositio Sadeelis ἡσυχώδης si intelligatur, vera est. Sed tum nihil contra nos: qui communicationem ἡσυχώδην expressè rejicimus, asserentes κοινωνίαν ἡνωστικῶν.

Ait Sadeel: esse ἀδολοχίαν, item, ἀπόστατον, essentiam, communicari, sed non essentialiter.

Respondeo. At natura divina τῷ λόγῳ carni unitur, nec tamen naturaliter: essentia, nec tamen essentialiter. Sadeel ipse in tractatu de manducatione spiritali & sacramentali sæpe sic loquitur: Corpus adest, sed spiritaliter. Quæ est igitur hominis constantia? Confusio est inter rem & modum rei.

Argumentum III.

Deus dicitur esse ubique, quia omnia continet. Corpus Christi non omnia continet. Ergo non est ubique.

Respondeo. 1. Deus est ubique, quia est infinitus. Et quia ubique est, ideo continet & sustentat omnia. Confusio est ordinis causarum. 2. ἔλεγχος τῷ αὐτῷ est. Non enim omniprensens est caro Christi, quia omnia continet, sed quia est unita τῷ λόγῳ, & sedet ad dextrā Dei. 3. Cui subiecta sunt omnia, & qui regit celum & terram, ille continet, fovet & sustentat omnia. Christo, quā homo est, subiecta sunt omnia, regit celum & terram. Psal. 8. Hebr. 1. 1. Corinth. 15. Matth. 28. Daniel. 7. Ergo Christus, quā homo, continet, fovet & sustentat omnia: non tanquam creator, sed, quia creatori personaliter unita est natura humana. Argumentum igitur Sadeelis non est Orthodoxum, nec ipse Orthodoxus.

Argumentum IIII.

P. 55.

Omnipræsentia communicata aut est corporalis, aut spiritalis. Neutrum esse potest. Ergo.

Respondeo. Est spiritalis: imò spiritus id est, ipsa divina essentia τῷ λόγῳ, hypostaticè unita carni & communicata.

Contra Sadeel: Corpus non magis potest esse realiter præsens præsentia spiritali.

tuali: quàm spiritus potest esse præsens præsentia corporali.

Respondeo, si vera sint ista: quid ergò alibi persuadere nobis vult, se præsentiam veram statuere corporis & sanguinis Christi in sacra cœna? sed eam spiritualem. Verba igitur dat, & vendit fumos. Consideretur verò hoc etiam: An spiritus possit dici corporaliter præsens: ut cum Deus humana forma apparuit, spiritus sanctus in columba, linguis ignitis, Angeli sub assumptis formis &c. Ego videre non possum: quid subsit impietatis vel falsitatis, si maxime affirmemus. Distinguo enim rem ipsam, & rei modum atq; qualitatem.

Argumentum V.

Nihil quod est æterna essentia, potest alicui realiter accidere. Omnipræsentia est æterna essentia. Ergò.

Respondeo. Ad veram hujus sophismatis solutionem accuratè observandum, est τὸ ὑπερτιμὸν: quod neq; essentiale est, neq; accidentale. Quare insufficiens est Sadeelis enumeratio partium, quæ fundamentum esse debebat hujus syllogismi. Esse enim omnipræsentem Christo, ut homini, convenit neque ex essentia, neque ex accidenti: sed ex unione cum λόγῳ hypostatica, & sessione ad dextram Dei. Accommodatur propositio Sadeelis ad negotium unionis: & attendatur, quid concludat. Perpendatur

pendatur etiam idioma vivificationis, & sic syllogismus: qui certe negaturus est, carnem Christi esse vivificam, contra ipsius Christi assertionem. Iohan. 6. Quare Sadeel sophisticatur.

P. 56. Ea est, inquit Sadeel, humanæ naturæ ratio, ut necesse sit ea, quæ illi tribuuntur, ipsi inesse.

Respondeo. De essentialibus proprietatibus verum est: De hypostatica unione falsissimum. Vivifica est caro Christi. Iohan. 6. Ac vita illa vivificans (quæ merè est divina & æterna) non inest carni Christi, tanquam subiecto: sed ideò de carne ea prædicatur verè & realiter, quia ea caro pars est personæ Christi, ideòq; particeps illius vitæ, quæ τὸ λόγῳ quidem essentialis, imò ipsa essentia est, carni verò per unionem hypostaticam communicata.

Argumentum VI.

P. 56. Habet hoc fundamentum. Vno idiomate communicato, omnia communicantur: propter essentiæ divinæ simplicitatem.

Respondeo. Scripturam ducem sequimur: in qua illud axioma non invenitur. Vivificatio, sanctificatio, omnipotentia, omnipræsentia &c. de Christo, quatenus homo est, prædicatur. Iohan. 6. 17. 3. Matth. 28. 18. Apoc. 1. Psal. 110: non autem æternitas. Ergò illud credi-

credimus, quia est in scripturis. Hoc negamus, quia scriptura negat.

Ceterum quia refellere conatur Sadeel doctorum nostrorum ad hoc sophistica responsiones: audiamus nos, quantum praestet.

1. Negat nos cum scriptura loqui, si dicamus, humanam Christi naturam esse omnipraesentem.

Respondeo. Imò loquimur cum scriptura: quae expressis verbis praesentiam carnis Christi in sacrae cena asserit. Matth. 26. in Ecclesia, Matth. 18. Apocal. 1. in medio inimicorum, Psal. 110. adeoque impletionem & operationem ei attribuit omnium. Ephes. 4. Quod suis locis prolixius ostendetur.

2. Rejicit distinctionem idiomatum Dei ad extra. De qua re etsi supra diximus, quae P. 58. sit nostra sententia: ad veritatem tamen illustrandam placet ad singula Sadeelis argumenta ordine respondere.

Ait: possuntne illae proprietates divinae unquam extra essentiam divinam considerari, cum sint ipsa essentia?

Respondeo. 1. Removeatur phraseos ambiguitas extra essentiam. Cum enim dicimus ad extra considerari, justitiam, bonitatem, sanctitatem Dei: minime statuitur à nobis justitia, bonitas, sanctitas Dei extra divinam essentiam, (absit) sed ita sensus est ejus locutionis: Eas proprietates divinas quasi foras progredi.

gredi, & certos effectus producere, ex quibus cognoscantur. Illustremus exemplo. Ante orbem conditum Deus est bonus, iustus, sanctus in se: non etiam ad extra: quia externa effecta nulla producit ejus essentialis bonitatis, justitiæ, sanctitatis. In ipso opere creationis mundi Deus est bonus, non ad intra solum (qua ratione est ipsa bonitas ἀντὸς τοῦ κόσμου) sed ad extra: quia bonitatem exerit, & certo effecto atque opere externo demonstrat. Una tamen eademque est divina bonitas, quæ Deus tum bonus est, tum bona facit & bene operatur.

Attributorum divinorum varietas non est in Deo, inquit Sadeel, quippe uno eodemque simplicissimo: sed proprie in nobis variè de DEO differentibus.

Respondeo. Imò, inquam ego, in ipsis rebus creatis ea varietas deprehenditur, ut maxime nemo hominum de Deo differat. Univerſale diluvium iræ divinæ exemplum fuit certissimum & insigne. Qui bonitatis vel misericordiæ testimonium velit dicere, hactenus inventus nemo fuit. Paulus sanè electum illud Dei organum, minime oscitanter ut passim, ita Roman. 9. observavit: Vbi iram quidem Dei manifestari ait in perditione vasorum iræ: τὸν θεὸν πλάττοντας δοῦναι in vasis misericordiæ. Quid autem hic Sadeel? Confundetne in Deo vasa iræ & vasa misericordiæ? ut promiscuè liceat dicere respectu Dei, Paulum Apostolum esse vas iræ.

Judana

Iudam Ischariotem esse vas misericordiae? Videat hinc quid & contra quem disputando pugnet. Crebro per misericordiam Dei fratres suos exhortatur Paulus: per iram DEI terret impios. Sed Sadeeli ea perinde sunt: differuntq; nihil, nisi in animis & verbis differentium. Licuerit ergo afflictis conscientijs divina irae & iustitiae proponere exempla, ut scilicet percipiant ex istis consolationem: freti pronunciat Sadeelis. Neque fuerit opus accurata illa legis & Evangelij distinctione, ut hoc quidem contritis, illa obstinatis hominibus proponatur. Nolo verò immorari diutius huic dissertationi: neq; objiciam hic Sadeeli suam & suorum de aeterno & absoluto decreto Dei horrendam opinionem: in qua tamen eleganter poterat videre, essetne extra animos differentium discrimen inter Dei misericordiam & iustitiam, eligentis hos quidem ad vitam, illos praedestinantis (sic enim isti loquuntur) ad aeternam mortem. Suprà attulimus simile de anima, ejusq; potentijs, quas vocant, seu facultatibus. Quod, si quis illustrandi gratia accommodare hic velit, poterit sanè & facile & utiliter. Nos cetera excutiemus.

Arguit: alienam hinc esse eam de attributorum divinatorum distinctione respon-
sionem: cum agatur de reali communicatione idiomatum. Reale, inquit, est idem, quod modus aut ratio differendi?

Respon-

P. 59.

Respondeo. 1. Quid sit de ipsa distinctio-
ne sentiendum, jam dixi. 2. Sæpe monendum
est Sadeel, ne statum transferat, mutetq; in ali-
um. Cur enim hæc afferantur, & in quem finem,
novit optimè: nimirum non immediate ad de-
monstrandam idiomatum communicationem;
sed ad ostendendam rationem, cur non sequa-
tur, ut uno idiomate communicato omnia pari
modo communicentur. 3. Argumentum ipsum
vacillat: opponendo res consentaneas. Neque
enim sequitur: Unio duarum naturarum in
Christo realis est: Ergo mens & ratio uni-
onis non est realis. Contrarium nunquã verum
est. Sed annon egregiè sibi ipsi contrarius est
Sadeel: qui supra assererat, corpus non esse
posse nisi corporaliter præsens, spiritum spiri-
tualiter? Atque hæc quidem præmia decent
sophisticen.

Affirmamus, inquit Sadeel, quicquid
est realiter omnipræsens: idem quoque
est realiter æternum.

Respondeo. Non quid Sadeel affirmet
aut neget, curandum est: sed quid ex scripturis
& secundùm illas dicatur attendendum. Ad-
mittimus tamen hoc pronunciatum de eo, quod
est per essentiam omnipræsens, id est, de ipso
Deo. Nam & is verè æternus est. De humana
natura Christi impium est sic velle affirmare:
Caro Christi vivifica est: Ergo infinita est: Ergo
æterna est. Et contra: Caro Christi non est æter-

na : Ergo ut vivifica, adoranda, omnipotens. Rationem cur non sequatur, paulò post explicabimus. Et si nulla unquam dari à nobis ratio possit: laude digna tamen esset illa fidei obedientia, ut capivato ingenio & ratione nostra simpliciter verbo Christi crederemus, affirmantis de se juxta carnem : Ego sum panis vitæ, qui de celo descendit. Joh. 6. Hoc est corpus meum. Matthæi 26. Sum in medio vestri, Matthæi 18. 28.

In operibus ad extra (quæ vocant)
relacet Dei bonitas & justitia & omnipotentia : sed ea tunc non considerantur, ut proprietates, sed ut effecta proprietatum : inquit Sadeel.

Respondeo. Disputat hæc sine causa. Id enim in confesso est omnium, opera externa esse effecta proprietatum divinarum, non ipsas proprietates. Nisi quis absurdè confundere discrimen velit causa & effectorum. Verum cum ex effectis causa cognoscatur : aliq̄ Dei opera ad misericordiam ipsius referantur, alia ad justitiam & iram &c. Num tam absurdè nos sumus in idiomatum divinarum distinctione, quàm clamat Sadeel ? Suprà agebam, creaturas esse bonas, à Deo bono : nec tamen æternas à Deo æterno, nec infinitas à Deo infinito. Sed pergit Sadeel.

Cum Deus dicitur bonus in servandis P.60.
electis, & justus in improbis & impoeni-

G teni-

teutibus damnandis : illa varietas non est in Deo : sed in hominibus : quia non duo dii, sed unus idemque Deus & servat & damnat : nec iustitia deserit bonitatem, nec bonitas iustitiam.

Respondeo. Euge, mi Sadeel, longius progrediamur, sed tamen consistamus in terminis. Quando eligit Deus hos ad vitam, illos reprobat ad mortem : varietas ista an in hominibus est? Sane : tanquam in objecto. At que varietatis istius causa? An & illa in hominibus? Id verò tu & gregales tui pernegantes (etiam exclusa fide) refertis in solam absolutam voluntatem Dei. Quae vestra (certè in ipsum Deum blasphema) opinio tam est in luce omnium constituta, ut necesse non sit hic demonstrare, quòd ita sentiaris. Edissere autem nobis : Num differentia sit inter divinam bonitatem eligentem Davidem, & iustitiam reprobantem Cainum. Nobis quidem, qui sumus ex verbo Dei rectè de hoc religionis capite, per gratiam Christi edocti, facile est discrimen ostendere ex Messia vel accepto vel rejecto, id est, ex fide & incredulitate Davidis & Caini. At tibi id ajo & δὲ ἄρτορ Sadeel, adseribenti hæc omnia absolute voluntati Dei. Profectò si absoluta est ratio diversitatis nulla ex hominibus potest reddi. Neq; quicquam proficis asserendo unum Deum, qui & servet, & damnet. Nobis enim id est longè certissimū : quia servat credentes : damnat infide-

infideles. Marc. 16. Iohan. 3. At quid tu solide
 Manichæis respondere possis, multum ambigo.
 Illi enim malum Deum dicent, qui absolute re-
 probet: Bonum, qui absolute salvet. sed quia
 hæc disputatio hujus loci non est, missa ea, ad
 sequentia transeamus.

Argumentatur: Totus λόγος se com-
 municavit humanæ naturæ: Ergo & æ-
 ternitatem.

Respondeo. Lucerna pedum nostrorum
 verbum Domini Psal. 119. Ex præscripto igitur
 illius & credendum est & loquendum. 2. Recte
 dici potest æternitas communicata carni, medi-
 cianibus ἰδιώματι cæteris: communicata, in-
 quam, non ut caro æterna sit, sed ut exornata
 sit gloria & majestate æterna: sicut jam ad ter-
 tiam responsionem fusiùs exponetur.

Ait Sadeel: Cum iustitia Dei damnat
 reprobos, non propterea dicuntur iusti,
 sed damnati.

Respondeo. Quæ verò ista ineptiæ? Num
 enim Deus iustitiam suam communicat repro-
 bis? Num ὁ λόγος cum ipsis personaliter uni-
 tus est? id quod de carne Christi verè prædica-
 tur. Apage ergo istas φλυασίας ex negotio tam
 arduo tamq̃ sublimi.

3. Infringere molitur responsionē de medi. ta
 & immediata cōmunicatione. Ait, nos ipsos P. 61.
 ea refelli: hoc argumento: Quia omnipræ-
 sentia pertinet ad majestatem: majestas verò
 æterna sit,

G 2

Respon-

Respondeo. Majestas eterna est, ad quam
 exaltatus est Christus ratione carnis. A: consi-
 ci hinc non potest, ipsam carnem proinde eter-
 nam esse. Nam & vivificatio, vis infinita est:
 nec fit tamen caro infinita, etsi totam vim vivi-
 ficandi hausit, ut cum Cyrillo loquar. Quare
 principium petit Sadeel, subinde recurrens ad
 id, quod supra affirmabat: uno communicato
 idiomate, omnia communicari. Sed ut clarius
 appareat, quid sit hic sentiendum: ita mentem
 nostram proponimus. Idiomata divinorum
 quaedam sunt $\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\gamma\eta\tau\iota\kappa\acute{\alpha}$ in creaturis: quaedam
 non sunt. $\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\gamma\eta\tau\iota\kappa\acute{\alpha}$ sunt bonitas, sanctitas,
 iustitia, misericordia, &c. quorum certa extant
 vestigia in rebus creatis. Non $\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\gamma\eta\tau\iota\kappa\acute{\alpha}$ sunt
 aeternitas & immensitas: quae sic de solo Deo
 predicantur, ut nulli creaturae possint tribui.
 Quod quidem supra ita enuntiabamus: Crea-
 turae bonae sunt, à Deo bono, sanctae à Deo san-
 cto, vivae à Deo vivo: at non infinitae à Deo in-
 finito, non aeternae à Deo aeterno. Quare idiomata
 $\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\gamma\eta\tau\iota\kappa\acute{\alpha}$ sic carni Christi assignantur, ut
 dicatur omnipotens, vivifica, peccatorum pur-
 gatrix, sanctificans, regenerans, & similia. Nam
 ejusmodi $\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\gamma\eta\tau\iota\kappa\acute{\alpha}$ in assumpta natura, cum
 ea, & per eam $\delta\ \lambda\omicron\gamma\ \Theta$ profert & exercit.
 Non autem dicitur de Christi carne, quod im-
 mensa sit vel aeterna: quoniam nulla $\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\gamma\eta\tau\iota\kappa\acute{\alpha}$
 istarum proprietatum per carnem exeruntur.
 Et tamē vis illa vivificandi, omnipotentia, &c.
 immensa

immensa & aeterna est. Vt verè dicatur :
 Carn. in Christi ditatam esse omnipotentia infi-
 nita & aeterna : sed ita, ut omnipotens quidem
 sit, infinita & aeterna non sit. Ratio : quia no-
 men illud ab agendi facultate est inditum, non
 ab essentia qualitate. Manet enim essentia cor-
 poris finita semper, & respectu t^{er} ubi, & t^{er}
 quando (ratione scilicet principij, quia habuit
 initium : etsi caret fine.) Ad actiones autè quod
 attinet, ea non tantum essentiales in humana
 natura sunt, sed & personales : tum in opere
 redemptionis, tum in statu majestatis, cum jam
 omnia gubernat, quæ in cælo & in terra sunt :
 Psal. 18. Matt. 28. Ex quibus intelligi potest, quo
 fundamento nitatur ista responsio : cum dicimus
 aternitatè mediatè communicatam : nempe sic,
 quia majestas carni donata est aeterna : ut tamen
 non pari ratione caro dicatur aeterna, qua dicitur
 omnipotens & vivifica, & omnipræsens.

Concludit Sadeel : Caro Christi non di-
 citur caro aeterna, sed caro aeterni : ita nec
 dici potest, Caro omnipræsens, sed caro
 omnipræsens.

Respondeo. Suprà hoc loquendi genus
 discussimus, & quæ occultentur sub eo fraudes,
 paucis aperuimus, cum ageremus de vivifica-
 tione. Sufficiat hic repetere unicam propositio-
 nem. Rectène dicatur ? Caro Christi est vivifi-
 ca. Affirmavi suprà Sadeel addita ratione, quia
 sit caro λόγος omnia vivificantis. L'inspectat hic.

quomodo illa cum istis convenire possint. Nobis enim id est insolens, uno eodemq; argumento demonstrare contraria: id quod hic à Sadeele factum videmus.

Ait, non posse explicari, quid sit immediate communicari.

At id à nobis confectum esse confido. Ludit Sadeel homonymia vocis (immediate.) Eam enim refert ad unionem: cuius sanè respectu rectè dicitur, quicquid supra essentialia proprietates caro Christi acceperit, mediante unione accepisse. Vidisset autè Sadeel, si voluisset, quo fine & sensu distinctio mediata & immediate communicationis sit proposita (utraq; enim ex unione est) & animadvertisset, speciei inter se esse distinguendas, non opponendas suo generi, causæq; sue, ex qua fluunt. Cum itaq; doctrinam nostram sanam pericula vocat, non documenta: accusat utiq; nos ejus criminis, cuius est ipse reus. Quid enim ita pervertit aliorum sententias? studioseq; homonymias sectatur, ut sophisticandi habeat materiam?

P. 62.

Tertulliani testimonium approbamus: nec enim veritati potest illud officere.

Quod verò ad locum Danielis 7. cap. cuius æternus est dominatus: respondet, agi de ipsa Christi persona, cum dicatur: Filius hominis veniebat.

Respondeo. Idem & nos affirmamus, sed addimus, juxta quam naturam sit intelligendum.

gendum, quod de Christo enuntiatur. Nimirum Propheta Daniel filium hominis appellat: cuius naturam humanam excludere ab hoc æterno dominatu Sadeel præsumit: quasi scilicet sequatur inde, ut humana Christi natura æterna sit. Perficacior nempe multo quam Spiritus Sanctus, qui nihil tale metuendum iudicat, quando gloriam carni Christi adscribit æternam. Assumatur huc pie antiquitatis regula: Quicquid in tempore Christo datum est, id iuxta humanam naturam accipiendum esse.

Pergit verò Sadeel, & dominatum illum P. 62. dicit æternum appellari: non propriè, 63. quemadmodum Deus æternus est: sed quia fit regnum sempiternum.

Respondeo. Transigat ergò cum Daniele, num sit hæc & Sadeel locutus, æternum dicens pro sempiterno. Et ut ampliùs satisfiat, conferatur illud Iohan. 19. Glorifica me ea gloria, quam habui apud te, antequam hic mundus existeret. Sed & hoc ex Sadeele quero: Christi regnum anè finitum est? vel infinitum? si infinitum est: erit æternum: ut supra Sadeel ipse concludebat.

4. Quæ affert de æternitate à poste. P. 63. riore, facile concedo. Eodem enim modo ij ipsi intellexerunt, a quibus argumentum illud est propositum. Porro quas vocat varias et inutilis distinctiones Sadeel, eas si evictas velis, alijs opus erit armis et machinis, quàm ipse hætenus

ostentavit. Nos verò & utiles judicamus & fundamentis haudquaquam defuturas, sicut vidimus.

Argumentum VII.

Extractum est super ἀντιφάσει proprij & communis: item, servari & communicari. De qua cum satis dictum sit in argumento primo: responsio isthinc repetatur. Vide etiam argumentum undecimum.

Argumentum VIII.

P. 64. Si realis est communicatio idiomatum, sequitur naturarum in Christo exaequatio, & confusio: quod absit.

Respondeo. Liber Christianæ Concordiæ expressè rejicit exaequationē carnis cum λόγῳ. Anathematismo 9. de persona Christi: nec sequitur illa ex communicatione idiomatum vera & reali. Anima corpori communicat vitam, sensum, motum: nec tamen inde oritur exaequatio corporis & animæ. Sic δὲ λόγῳ & vitam carni & omnipotentiam communicat absque ulla vel confusione naturarum. vel exaequatione.

Verum arguit Sadeel: Confusionem fieri, cum res duæ vel plures, earumq; proprietates communicantur, hoc est, communes sunt.

Respon-

Respondeo, ἔλεγχος τῷ ὄρισμῷ. Aliud est quod communicatur: & aliud cui communicatur. Definitionem ita castigamus. Anima communicat & seipsam corpori & suas proprietates. Ergone confusio est? Ignis seipsum ferro ignito communicat: Ergone confusio est? Suspecta nobis sunt ejusmodi generalia Sadeelis pronunciata: quæ cum in ipsa rerum natura non semper valeant, tamen illa tanquã catholica, ad Christi hominis gloriam oppugnandam adfert. Ex physicis Christum oppugnat, nec pure tamen physica tractat. Quid autem ad hoc, Sadeel, respondes? ὑπόστασις Christi communis est: & deitati τῷ λόγῳ & humana nature, teste Damasceno. Num. & hic tibi confusio? Sed Sadeeli synonyma sunt: Commune esse, & confundi. Amplius: Estne naturarum, divina τῷ λόγῳ & humana, in Christi persona communicatio? Negat nemo, nisi Samosatenuus. Atqui ibi res (nature) duæ communicantur. Erat igitur Sadeeli confusio. Ἀδελόλογον.

Si quis dixerit, carnem esse exæquatam λόγῳ τῷ ἔξοικῶ: respondeat pro se: Ego Christum semper agnosco minorem, patre secundum carnem, juxta symbolam Athanasianum: & jam antè ex libro Concordiæ recitari, exæquationem expressè rejicit.

Distinctionem quorundam (Filius Dei, ut P. 65. Deus, omnipotentiam suam habet à se: Caro filij Dei non à se, sed ab unito λόγῳ: Ergò non

est exaequatio: video vacillare. Non enim sequitur: Pater est à se, non ab alio. Filius non est à se, sed à Patre. Ergo non sunt aequalis gloria & potentia &c. Quare non urgeo illud argumentum. Commodius autem & rectius sic informatur: ὁ λόγος & habet per essentiam: humana natura per unionem cum λόγῳ. Sufficit mihi scire, quod caro in hypostasi τῷ λόγῳ subsistat, non in propria aliqua persona: Semper ergo minor est τῷ λόγῳ. Et manent utrinque essentialis proprietates. Nulla igitur hinc sequitur exaequatio: quia communicatio non est essentialis, ut saepe dictum est.

P. 65. Sadeel συγχύσις ait nullam fingi in
66. Christo aliam posse, quam quæ in communicatione idiomatum reali sit. Aut igitur nos esse reos συγχύσεως, aut in utiliter & frustra sanctos patres de ea præcavisse. Postulat ostendi alium confusionis modum.

Respondeo. Est id nobis facilimum, mi Sadeel. Finge enim tu ex humana & divina natura conjunctis si ve mixtis tertium aliquod fieri, quod neq; homo, neque Deus sit, sed sit Christi: quemadmodum dicobas ex auro & argento fieri electrum, quod nec aurum sit, nec argentum. Et sic voto tuo satisfactum est. Consule etiam Theorema tuum tertium infra pag. 200. tui tractatus. Absit autem ut quisquam vere Christianus ita de Christo sentiat: quem

novimus esse verum Deum, & verum hominē. Sum quod eram: nec eram, quod sum: nunc dicor utrumque: ut eleganter veteres de Christo consuebantur. Quod de Eutyctica confusione adducit, nihil ad nos: qui duas in Christo naturas asserimus. Et pugnat id ipsum cum ijs, quæ precedente pagina de confusione disputavit. Somniabat enim Eutyctes absorptam esse humanam naturam in Christo, & conversam in deitatem.

Argumentum IX.

Opponit communicationem idiomatum P. 66.
realem donis in carnem Christi collatis, 67.
finitis illis quidē, sed tamen excellentissimis. Vtraq; simul consistere posse negat.

Respondeo. Scriptura utrumq; conjungit, non opponit ἀντιπετικῶς: ut Sadeel. Elenchus est ergo τὸ πᾶν ἀντιπετικῶς. Caterum ex doctrina de emanatione rectissime solvitur argumentum. Εὐεὐσεπῆ αὐτοῦ παῖτ Ἀποστόλος Πηλίπ, 2. Ac notetur hoc argumentum contra Sadeelem. Vnio causa est & fundamentum donorum hyperphysicorū in humana natura Christi. Vnio autem facta est in ipso momento conceptionis. Quomodo ergo demum temporis progressu illa dona in carnem collata sunt? Posita enim causa, ponitur effectus. Quicquid hic Sadeel responderit, responderit id pro nobis contra suum ipsius argumentum.

Argu-

Argumentum X.

P. 67. Si est realis communicatio: Ergò caro est Deus.

Respondeo. Scriptura non ita concludit: Caro Christi est vivifica. Ioh. 6. Ergò est Deus. Deus enim per essentiam vita est: Caro per unionem personalem vivifica facta est. Confundit Sadeel, ut sepiissime τὸ ἕσ ἰωδ' ἐς ἡγεῖ τὸ ἰωσάτιμὸρ. Atque ne sic quidem sacra litera concludunt: Christus secundum humanam naturam est filius Dei. Luc. 1. Hebr. 1. Ergò secundum carnem est ab aeterno genitus. Non igitur istam injuriam Spiritui sancto inferamus, ut ipso λογικωτ' ἐγὼς velimus argumentari.

P. 67. Speciosum autem est, & cum magna videtur conjunctum difficultate, quod subtili quadam ratione Sadeel asserit: Genitum esse ab aeterno: ita proprium esse verbo, ut ea proprietate ipsa verbi hypostasis intelligatur. Cum ergò communicatio idiomatum fiat per & propter unionem personalem: & idiomata divina sub persona τοῦ λόγῳ determinata intelligantur carni assumpta communicari: videtur multò magis ipsa personalis τοῦ λόγῳ characteristica communicanda esse, nempe genitum esse ab aeterno. Quia & de ipsa natura divina dicitur, quòd non sit immediatè seu πρῶτως carni communicata, sed mediante hypostasi. Quare fusiùs aliquantò ostendendum est.

est, quomodo possit hoc argumentum explicari, ut depulsis errorum nebulis, ipsa caelestis veritas efulgeat.

Equidem Sadeel verbo communicandi intransiue accepto, ait de ipsa unione rectissime intelligi: quia verbum realiter communicarit carni, id est, sibi uniuerit humanam naturam in unione personae: quo etiam modo diuinae proprietates humanae naturae proprietatibus communicarint, id est, unita sint. Sed nos supra hanc rem expedimus, minime satisfieri sacris literis & orthodoxis maioribus: si communicationem pro unione ipsa sic velimus interpretari, ut negetur realis inter naturas communicatio. Id enim esset communicatio sine communicatione: hoc est, ipsum non ipsum. Fallit autem Sadeel, & fallitur in hoc, quod communicandi verbum tantum sumi intransiue opinatur: cuius contrarium a nobis supra demonstratum est. Damus ultrò το κοινωσθαι nonnunquam intransiue usurpari. Sed non est ex contingenti & particulari faciendum uniuersale necessarium. Et considerandum est, cur communicationis nomine ipsa unio appellata sit: primum scilicet ob arctissimum ejus vinculum: deinde propter certissimum adeoque necessarium effectum, qui causam suam infallibiliter arguit. Atque rationem hanc posteriorem quia non agnoscit Sadeel, inde fit, ut non sincere intelligat idiomatum communicationem.

Verum

Verùm propius nunc ad argumentum accedamus. Totus λόγος & communicavit se carni. Ergò & hanc characteristicam proprietatem communicavit, genitum esse ab æterno. Caro igitur æterna est. Quod absurdum.

Respondeo. 1. Tutissimum semper & optimum est manere intra cancellos scripturæ: quæ non solum de carne Christi non dicit, quod sit ab æterno genita: sed id expressè etiam negat, diligenter annotato tempore nativitatis Christi ex Maria ἀπαρχῆς θεοῦ. Daniel. 9. Luc. 2. Galat. 4. 2. Differentia animadvertenda est inter duplicem Iesu Christi generationem: æternam ex Patre. Psal. 2. Mich. 5. Iohan. 1. temporalem ex matre. Luc. 2. Filius Dei & hominis filius unicus est: juxta divinam naturam ab æterno ex patre genitus: juxta assumptam carnem in tempore ex Maria natus. Atq; hæc ita certa sunt in tota Ecclesia Christiana: ut qui vel minimum negare velit, is ἀνὸς δὲ πᾶς esse jure optimo dicatur. Quare hinc clare liquet, falsum esse Sadeelis σὺν πῆρασμα, quod nectit ipse ex vera nostrâ & scripturæ sententia. Cum autem ex vero nihil nisi verum proficiatur: jam vitium inquirendum est Sadeelæ argumentationis, & demonstrandus error. Affirmo ergò Elenchum eundem esse, qui fuit supra in pronuntiato isto Sadeelis: Communicato idiomate uno, omnia communicantur. Quod quidem

dem ita nos ibi concessimus, ut distingueremus inter communicationem mediatam & immediatam: Mediatam eam dicentes, quæ sit mediantibus ἰδιώμασιν ἡμεγῶντιμοῖς, qualia sunt vivificatio, omnipotentia, omnipresens, omniscientia &c. Immediatam, quæ est ipsorum idiomatum ἡμεγῶντιμοῖς. Isto modo eternitas Christo, quæ homo est, communicata dici potest: non autem, ut humana Christi natura æterna sit, sed quia potestas illa est æterna, quam Christus, ut homo, in tempore accepit. Eodem modo respondendum est, filiationem (Liceat enim mihi hinc ita loqui) communicatam carnem Christi, eamq; æternam: sic autem, ut filius quidem dicatur, & sit Christus juxta humanam naturam per communicationem idiomatum: non autem æternus & ab æterno genitus: sed quia certo tempore assumptus in personam æterni filij Dei &c.

Argumentum XI.

Si est communicatio: Ergò jam non sunt proprietates. Commune enim & P. 68.
proprium opponuntur. 69.

Respondeo. κοινὸς μὲν ἐστὶν, qui fuit supra sepius. Adoratio propria Dei est: At humane nature in Christo per unionem communicatur. Vivificatio propria τῷ λόγῳ est: at carni per unionem sit communis, Vides hinc proprietatum

tatum communicationem: & tamen Deo proprietas servatur. Non enim effunditur in aliud subjectum. Confer animæ proprietates, quas communicat corpori: et ignis ferro. Athanasius: A seipso dicitur accipere, inquit, non aliunde. Cyrillus: Communes facit tanquam cum propria carne, divinæ suæ majestatis operationes. Argumentum hoc Sadeelis si firmum est: Ἐπιφάνιος; igitur dicitur communicatio proprietatum. Atque sic non tantum nulla erit κοινωσις ἰδιωματικῶν, sed ne appellari quidem sic poterit propter Sadeeliam ἐπιφάνειαν. Quæro autem, Hypostasis τοῦ λόγου: ἐστὶν τὸ λόγου propria? Certe est quàm maximè. Atqui hanc communicavit carni. Aliàs enim vel caro non subsisteret, vel haberet propriam hypostasin, & sic forent due in Christo personæ; quod fingeat Nestorius. Applica huc argumentum Sadeelis, & attende, quid egregij concludat.

P. 68. Ait Sadeel: Falsa est propositio: Christus est unum.

Respondeo, Si addatur: essentialis, falsa est. At vera & sana est, si addas: hypostaticam seu personale. Certe enim Christus est unum ἕπιστάμιον. Apud veteres hæc locutio minime rara est.

Argumentum XII.

P. 69. Si est realis communicatio: Ergo erunt
70. duo infinita; unum datus, alterum accipiens.
Respon-

Respondeo. λόγος communicat suam
 ὑπόστασιν carni: quæ hypostasis profectò infi-
 nita est: Nec tamen ea sequuntur, quæ Sadeel
 argute connectit. λόγος dat hypostasin infi-
 nitam carni. Caro accipit infinitam hypostasin
 λόγος: Nec tamen duo sunt infinita: nec tolli-
 tur relatio dantis & accipientis. Porro si sic
 argumentari Sadeel pergat, constanter ego illi
 obijciam Nestorianismum: idq; demonstrabo
 principis Sadeelèis. Finitum non capit infini-
 tum. Caro finita est: λόγος infinitus. Non er-
 gò caro capit λόγον, id est, ἄωρον? Non enim
 τὸ capere vel physice hic accipitur vel Mathe-
 maticè: sed pro re subiecta, id est Theologicè.
 Quare nulla est unio. Quid hic negas, Sadeel?
 Nam præter conclusionem cætera tua sunt: ex
 quibus illa necessariò conficitur. Item: propriū
 si communicatur, non est proprium. λόγος igitur
 ὑπόστασις non est communicata carni. Ca-
 ro ergò non subsistit. Aut, si subsistit, propriam
 habet hypostasin. Duæ igitur in Christo perso-
 næ: aut unio nihil est. Quid hic negas, Sadeel?
 Idem consequitur ad præsens argumentum de
 duobus infinitis. Atq; hoc tandem dignum præ-
 mium est nasutæ & argute sophisticæ.

Nota calumniam: Duas essentias esse
 infinitas. Quasi & corpus sit infinitum: quod
 disertè aliquoties repudiavimus.

Argumentum XIII.

H

Si

P. 71.

Si est communicatio idiomatum realis: Ergò etiam caro communicabit deitati suas proprietates.

Respondeo: 1. Loquere cum scriptura, & non errabis. *Asserit illa carnem Christi vivificam, adorandã, presentem in Ecclesia &c. Itaq; credo ego. Non asserit λόγος creaturæ, finitum, corporeum, circumscriptum, &c.*

2. *Assumentis est dare, non assumpti: Infinita de hac re extant testimonia orthodoxæ antiquitatis, congruentia cum scripturis: quæ expressè asseverant, non sic deitatem carnis infirmitatibus affectam, quemadmodum sit caro ditata & ornata divinis ψευγεις. Non enim caro ad corruptibilem sui naturã junctum Dei v rbum detraxit: sed ad melioris virtutem elevata est, inquit Cyrillus. Ac mirandum est, Sadeelem sic in faciem contradicere tam manifestis patrum dictis: quorum ipse infra nonnulla recitat.*

3. *Si gradus communicationis distingueret Sadeel, non tam turpiter laboretur. In primo gradu (ut & in propositionibus, quæ ex ipsa unione oriuntur) equalis est reciprocatio: Deus est homo, Homo est Deus, Filius DEI passus est, Filius hominis in cælo est. Non igitur objiciat Sadeel: Unionem esse inæqualem. Verè enim Deus est homo: & verè homo est DEVS: propter unionem personalem. Prorsus ibi equalia sunt omnia: unio equalis: sic tamen, ut ò λόγος assumperit humanam naturam, non illa λόγος.*
Nec

Nec enim rectè dixeris: Caro facta est Deus: sed Verbum factum est caro. Nec rectè: Caro assumpsit λόγον: sed λόγος assumpsit carnē. Ne putetur caro substituisse ante unionem.

Urget sadeel: Divina natura assumendo P 71.
accepit humanam naturam. Ergo etiam 72.
ratione carnis ad λόγον est cōmunicatio.

Respondeo. Propriè & cautè, & secundū scripturam loquendū est. λόγος assumendo carnem, propriā sibi fecit illam, & omnes ejus proprietates. Hinc illæ voces: Deus passus est carne. Deus redemit Ecclesiam suo sanguine. At non propriè dico: Caro communicat suas proprietates λόγῳ. Nec rectè: Caro seipsam communicat λόγῳ. Verū sic: λόγος assumendo creat, & creando (ex Maria virgine, omnipotentia, obumbratione spiritus sancti, Luc. i.) assumit & appropriat sibi carnem, & ejus proprietates: ut Caro ista verè sit & dicatur Dei caro, Dei sanguis &c. Conferantur hæc cum sadeelis argutis: & judicetur utra sit scripturæ vicinior sententia. Caro exaltatur in gloriā propter unionem: Ergo λόγος deprimatur in infirmitatē: sequitur nē, sadeel? Absit. Vide igitur quid sis argumentatus, & quò tandem tuas. Confundis nimirum non solū ipsam unionem cum cōmunicatione: sed & ipsius cōmunicationis gradum primum & tertium: quos accuratè docebat distinxisse secundum scripturæ normam.

Que differit Sadeel de immutabilitate
 essentiæ & essentialium proprietatum:
 Concedimus nos & urgemus. Manet enim hu-
 mana natura, neq; convertitur unquam in dei-
 tatem. Calumniâ est igitur, tale quippiam syn-
 ceris doctoribus affingere. Opinatur enim Sadeel
 esse contradictoria: Manere veram naturam
 humanam: & ornari divinis ἰδιώμασι. De
 qua re cum suprâ satis sit dictum, nihil hic ad-
 dam.

Argumentum XIII.

Si est communicatio realis: Ergò hu-
 mana natura nunquam fuit actu finita.

Respondeo. Negatur consequentia: quam
 ut probet Sadeel, calumniâ addit, de humana
 natura infinita facta. Nos respondemus per dis-
 tinctionem actus naturalis & personalis. Na-
 turali actu corpus Christi locale est: personali
 actu extra & supra omnem locum & tempus
 est. Neutro verò, id est, neque naturali, neque
 personali actu infinitum est. Vt autem sit omni-
 præsens, facit non essentiæ infinitas, (ea enim
 semper finita est & manet) sed unio cum de-
 o personalis, & exaltatio ad dextram Dei.

Argumentum XV.

P. 74. Eutychianismum objicit & Monothe-
 letarum errorem.

Respon-

Respondeo. Caro Christi absq; ulla confusione cum deitate est vivifica, adoranda, presens ecclesie &c. Probet ergo Sadeel consecutionem: atq; sic probet, ne ipse confundat τὸ θεῶν ἐκ τῆς ἕως τὸ ἕως αὐτῶν.

Aut Sadeel: Vnius rei essentialia proprietates fieri essentialia proprietates rei alterius: non modò non priscis illis hæreticis, sed nemini unquam in mentem venire posse.

Respondeo. Equanam ergò Eutychetis fuit opinio, Antoni Sadeel, si nihil tale ei venit in mentem: ut tu contra historia Ecclesiastica fide tam audacter concludis? Annon ex unione fecit unitatem naturarum? Annon aperte docuit, post unionem, unam tantum esse naturam in Christo, & idiomata prorsus eadem? Annon Divina natura ipsi tribuit, quòd sit passa, lacerata, crucifixa, mortua? idq; inde, quia carnem conversam statuebat & mutatam in ipsam divinam naturam. Peccas igitur hic, 1. in veritatem historicam. 2. in virtutem Christiani candoris: ea nimirum, quæ contra Eutychen disputanda erant, transferendo in synceram de vera & reali communicatione doctrinam.

Exagitat Sadeel distinctionem Theologorum nostrorū de essentialibus proprietatibus. At ea est ex hypothesi intelligenda: quia scilicet Eutyches talem communicationem essentialem somniabat, Eutychianis igitur illa

rectè opponuntur, non nostræ sententiæ. Ἐλεγχος ἐστὶ παρὰ τὸ μὴ ἀπλῶς ὡς ἀπλῶς.

Inculcat ἀντιφάσις proprij & communicationis: Ad quam ita responsum fuit suprâ, ut aut negare unionem, aut Nestorianum esse oporteat, qui urgere eam non desierit. Vide suprâ.

P. 76. Repetitur: Idem esse unionem & communicationem idiomatum. Atque inde concludit: Omnipræsentia λόγῳ non separatur à circumscriptioe corporis: neq; tamen ὁ λόγῳ circumscribitur. Et vicissim: circumscriptio corporis non separatur ab omnipræsentia λόγῳ, neque tamen corpus sit omnipræsens.

Respondeo. Reciprocatio locum habet in primo gradu communicationis idiomatum: in tertio non item: sicut suprâ docuimus. Est ergò μετέβασις ἐς ἄλλο γένος. Caro à λόγῳ beneficio unionis accipit vivificationem: nec tamen ὁ λόγῳ circumscribitur. Eademmi & hic ratio sadeel? vel sic: Circumscriptio corporis non separatur à vivificatione, sanctificatione, regeneratione, τῷ λόγῳ: neq; tamen caro Christi sit vivifica, sanctificans, regenerans? ἀρεβῆς.

An humana natura sit instrumentum τῷ λόγῳ. Mirifice exagitat sadeel, quod nonnulli dicant: λόγῳ in cum, & per carnem suam omnia facere.

Respon-

Respondeo. At si Athanasius, Damasce-
nus, & ex veteribus alij loquuntur: idq; scri-
ptura auctu. Porro per omnia intelligo, quæ ad
redemptionis negotium pertinent: ante quidem
factam exaltationem, propter τὴν νέωσιν.
Nunc autem in statu gloriæ nihil excipio, quia
scriptum est: Omnia sub pedibus ejus: Psal. 8.
Data est πᾶσα ἐξουσία Math. 28. Nihil non
subjectum est. 1. Cor. 15.

Ait: λόγος est æternus & infinitus,
in & cum humana natura, propter unio-
nem.

Respondeo. Ambiguè dictum. Si enim
ad λόγον, ut λόγον, referas, falsum est. Æter-
nitas quippe ejus & infinitas non pendent ab
unione: sed quia Deus est, æternus nempe &
infinitus. Ac sanè is erat etiam ante unionem.

Nota insidias Sadeelis, λόγος, inquit, non
est æternus & infinitus per carnem.

Respondeo. Quidni addis? vificus:
imò etiam justus iudex: omnipotens &c. Cum
æternitas & infinitas se non exerant in crea-
turis, quemadmodum vita, justitia, omni-
potentia &c. Nervus argumenti hujus incisus est
suprà. Sadeel μεταβάλλει εἰς ἄλλο γένος.
Quæritur enim. An λόγος omnia faciat per
humanam naturam. Respondet Sadeel: λό-
γος non est æternus, & infinitus per carnem.
Confundit esse & facere. Vide suprà in distin-
ctione

tionē ἰδιωματῶν ζυεργητικῶν & non ζυεργητικῶν.

Ait Sadeel: Horribile est: Caro finita est instrumentum divinæ omnipræsentiæ & infinitatis.

Respondeo. Horribile est, dici Christianos, qui negent, infinitam vim & omnipotentem vivificandi, regenerandi, sanctificandi, per finitam carnem Christi exeri posse. At profectò id est tam verum, quàm est verax Spiritus sanctus, qui hoc prodidit. Iohan. 6. 3. 17. I. Ioh. 1. Matth. 28. &c.

Negat Sadeel, omnia, quæ ad opus redemptionis pertinent, per carnem tanquàm per instrumentum facta.

Respondeo. Neget etiam, Christum redemptorem juxta utramque naturam. Et demonstret, quid sit in opere redemptionis, quod sola divinitas τὸ λόγος, sine carne perfecerit. Nam quod ait Sadeel, λόγος excitasse carnem suam, sed non per carnem: inde non constituitur, quod ipse contendit: nempe, Carnem non esse instrumentum λόγος. Ac meminimus nos, vivificandi vim non esse intermortuam, moriente secundum carnem Christo. Mansit enim unio media etiam in morte.

Quid hoc ad omnipræsentiã, inquit Sadeel?

Respondeo. Probanda est realis communicatio idiomatum, Probamus hanc ex communicata

nicata vi & facultate redimendi genus humanum, & gubernandi omnia in caelo & in terra. Habes ergo argumenti rationem.

Discrimen τῆς ἐνεργείας annotat, & τῆς ἐνεργήματος seu ἀποτελέσματος: quod P. 78. ait à nobis confundi. ἐνεργημα, inquit, commune esse potest. At nunquam ἐνεργεια.

Respondeo, 1. Coniungit Sadeel τὸ ἐνεργημα & ἀποτελεσμα, quasi unum significantia. At negant id alij Sadeelis socij intimi: quibus ἐνεργεια & ἐνεργημα unum sunt. Lexicographi vocem ἐνεργημα reddunt tum per effectum, tum per vim & efficaciam.

2. ἐνεργεια & vis & efficacia vivificandi, emundandi, à peccatis &c. annon carni & sanguini Christi communicata est? Iohan. 6. cap. 1. Ioh. 1. Damascenus lib. 3. cap. 17. Caro, inquit, ditata est divinis ἐνεργείαις. Cyrillus. Totam verbi operationem caro suscepit. lib. 4. in Iohanne cap. 23. Ibidem cap. 24. Totam vivificandi vim hausit. cap. 14: vocat carnem cooperatricem. Et verum: Corpus Domini adeò activum fit, ut suam nobis communicare sanctitatem possit.

Sadeel arguatur: Si communicatur ἐνεργεια: non igitur sunt diversæ ἐνεργεια. Μωβαλιτ α' ergo revocandi.

Respondeo. Imò manent distinctæ & diversa ἐνεργεια (quamvis unita) divina &

H 5 huma-

divinam virtutem atque operationes exerere.
Per vulnera ejus sanati sumus. Esa. 53, Per
sanguinem ejus redempti. In sanguine ejus ju-
stificati, reconciliati. Alia infinita.

De applicatione salutis, & executione
officij, ratione humanæ naturæ Christi. P. 79.

Ait Sadeel: Quum ea, quæ in terris præ- 80.
standa erant in Christi carne, plenè & per-
fectè fuerint suis temporibus præstita:
nunc ipsius carnis præsentiam in terris
perperam requiri. Antecedens probat scri-
pturæ testimonijs.

Respondeo. Quantum ad redemptionis
negotium: duo fuerunt Christo præstanda. 1.
promerenda vita, 2. applicanda fidelibus. Quò
pertinet illud ipsius Christi: sic Deus dilexit
mundum, ut filium unigenitum daret, ut omnis,
qui credit in eum, vitam habeat æternam, Joh. 3.
& 6. Carnem quam dabo pro mundi vita. De
priori officij parte dicta loquuntur, à Sadeele
producta. Quòd autem ad posteriorem, nempe
ad applicationem salutis, de ea ita Sadeel: Vi- 80.
get, inquit, passionis, mortis & resurre-
ctionis efficacitas perpetuò, ejusq; benefi-
cia & fructus Christus mediator Dei &
hominum applicat fidelibus, & obsignat
in eorum animis per Spiritum sanctum.

Respondeo. Ambiguum est, quòd ait
Sadeel, Christum mediatorem Dei & hominum
applicare beneficia passionis. Est enim Christus
mediator

mediator secundum & divinam & humanam naturam. At Sadeel ab officio applicationis carnem Christi excludit: id quod hinc liquet.

1. Quia cum ageret supra de vivificatione, & infra cap. 4. obj. et: ut ne verbulo quidē meminit ejus applicationis. 2. Vivificam carnem dicit solius rationis meriti. 3. Præsentiam carnis Christi tollit ex ministerio verbi (perperam requiritur, inquit, præsentia ejus in terris) & administratione sacramentorum: quæ in terris celebrantur, non in cælis. Est autem verbum (cum sacramentis) instrumentum unicum (ordinarium) efficiendæ & generandæ in hominibus fidem & applicandæ salutis. Matth. 28. Marc. 16. Rom 10. 3. Neque spirituales præsentiam objiciat. Sadeel: supra enim vehementer contendit, corpus non posse præsens esse, nisi corporaliter: Ergò neq. agere, nisi corporaliter.

4. Humana natura tribui tantum humana, ut divina divina. Applicare autem salutem ejus est verè divine potentia. Ex quibus & alijs ejusmodi, manifestissimum est, Sadeelem ab applicationis officio carnem Salvatoris excludere: quicquid etiam prætexat, & miris & apt. 60 dicit involvat. Quare strophis istis repudiatis sic potius sentiamus ex scripturis: Christum mediatorem & salvatorem nostrum, DEVM & hominem (non solam deitatem) adesse & efficacem esse in verbo suo & sacramentis, & salutem credentibus applicare. Quo pertinent illa

illa Marc. 16. Discipuli exeuntes prædicabant
ubique, Domino cooperante. Ioh. 6. Qui man-
ducet carnem meam, Matth. 18. In medio eorū
sum, Matthe. 26. Hoc est corpus meum &c.

Ad negandā præsentiam carnis Christi P. 81.
si in terris; adfert ex epistola Hebraeos 3. cap.
Si esset in terris, ne sacerdos quidem es-
set.

Respondeo. Veram hujus dicti explica-
tionem vide supra pag. 11. & 12.

Arguit: Applicatio fit spiritualiter.
Ergo non opus est carnis omnipræsentia.

Respondeo. Quidni sic etiam, Sadeel,
blasphemus? Applicatio est spiritualis: Ergo
non est opus carne Christi: juxta illud: Caro
non prodest quicquam. At profectò longè aliter
Christus argumentatus est, cum diceret: Edite:
Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur.
Et cum sit in Christi sanguine nostra querenda
redemptio: annè & eo non habemus opus in
terris? Sed de hac re, & de fide, quæ nullis in-
tercludatur (ait Sadeel) temporum & locorū
spacijs, alibi dicendi erit locus.

Fidei hanc naturam esse ait, ut non
adhærescat corporali Christi præsentia.

Respondeo. 1. Tollatur ambiguitas in
voce corporali: quæ hic objectum notat, non
qualitatem aut modum præsentia. 2. Fides ad-
hærescit verbo & promissioni. Promisit autem
Christus se nobis adfuturum etiā juxta carnem,
quâ

quã frater noster est. Matth. 18. 28. Apocal. 1. et sanxit presentiam carnis & sanguinis sui in cena. Matth. 26. Quare vera fides credit hunc verbo & promissioni, eiq; adhærescit.

In ministerio Evangelico sonat ipsius Christi vox, inquit Sadeel: nec ad eam rem opus est omnipresentia corporis.

Respondeo. Quare hoc, Sadeel? Estne humana natura Christi præsens in ministerio Evangelico? Videri vis affirmare: quamvis valde lubrice, Quare ego sic concludo. Evangelicum ministeriũ peragitur in terris, ubi congregantur Christiani ad audiendum verbum, & percipiendum sacramenta. Ergo Christi humana natura in terris præsens est, ubi Evangelium prædicatur, & dispensantur sacramenta, juxta illud, Matth. 18. Sum in medio eorum. Apoc. 1. Matth. 28.

P. 82. Quæ assert Sadel de habitu Christi: & quòd sit locum paraturus &c. ad ea supra responsum est pag. 10. & 13.

P. 82. Ad diffusionem & propagationem regni Christi, quid opus est omnipresentia corporis? inquit Sadeel: Imò ne id quidem locum haberet in terreno principatu.

Respondeo. 1. Ad refellendam inter Christi regnum & terrenum principatum collationem hæc ipsius Christi verba sufficiunt. Iohan. 18.

han. 18. Regnum meum non est de hoc mundo. Valeat ergo ista regni terreni cum Christo comparatio. 2. Regnum Christi Ecclesia est: tum etiam imperat toti mundo, caelo & terræ, & creaturis omnibus. Et refertur regnum illud ad vitam Christi naturam. Est igitur Christus Deus & homo, in Ecclesia. Matth. 18. Apoc. 1. in medio inimicorum. Psal. 110. gubernat & regit omnia. Matt. 28. Psal. 8. Hebr. 1. Quæro nunc ex Sadeel: velitne Christum, quæ homo est, extra regnum suum exterminare? Nos quidem id pernegamus fieri posse. Implet enim & operatur Christus omnia. Eph. 4. non absens sed præsens. Et ut ad Sadeelis collationem redeamus: Christus, quæ homo, in Ecclesia, quæ in terris est, operatur & est efficax. Quæritur: præsensne operetur ipsa Christi humana natura? an absens utatur ministerio aliorum? sanè ministris verbi utitur ad docendum Evangelium, per quos est efficax. Ipsum autem quod atinet imperium, gubernationem, defensionem: directe illud ad Christum refertur in utraque natura. Quod si absentem nobis carnem Christi Sadeel asserat: explicet, quomodo sit in suo regno efficax, & quomodo imperet. Respondebit: per spiritum suum. Si scilicet spiritus sanctus minister erit humanæ naturæ Christi: ipsa caro dominus spiritus sancti. Et quam antea p. 77. 79. Sadeel negabat instrumentum esse τὸ ἰδίον: hanc constituet causam principalem & primam.

primam. Si de λόγος respondebit Sadeel eadem
 & graviora consequentur incommoda. Res ex-
 emplo declaretur: Applicatio vitæ & salutis
 pars est officij Christi in suo regno. Caro ergo
 Christi vivificat credentes: Iohan. 6. sanctifi-
 cat, regenerat. Caro autem ea tantum in celo
 est, neq; præsentia ejus est in terris necessaria,
 inquit Sadeel. Credentes autem in terris sunt.
 Quodnam igitur medium erit applicationis?
 quis canalis, per quem vita ad nos fluat? Non
 λόγος: quia caro τὸ λόγος instrumentum est,
 non λόγος & carnis. Non Spiritus sanctus, ob
 causam superius annotatam. Reliquum nullum
 est. Quare caro præsens vivificat, sanctificat,
 regenerat credentes. λόγος & fons vitæ est. Ca-
 ro Christi canalis est, per quem ad nos vita de-
 rivatur. Atqui canalis, scilicet, iste in cælis est:
 nos in terris constituti, ut per istum vitam acci-
 piamus, juxta commenta Sadeelæa. Quicquid
 excogitet, fingat, machinetur: non habebit,
 quod ad argumentum de Christi regno pro se
 possit respondere.

De triplici consideratione corporis
 P. 83. Christi: quam oppugnat Sadeel quadruplici
 sophismate. I. Dicit esse petitionem prin-
 cipij.

Respondeo. Non est. Majestas enim
 Christi, quæ homo est, sic est in scripturis fun-
 data, ut negari non possit. Et qua fronte nega-
 bit Sadeel triplicem illam corporis Christi ra-
 tionem?

tionem? 1. Corpus Christi consideratur ut naturale & nobis ὁμοῖοσιον, simile per omnia, præter peccatum. Hebr. 2. Phil. 2. 2. Consideratur ut corpus gloriosum, ὁμοῖα δόξας πνευματικῶν vocat Paulus 1. Cor. 15. qua ratione ὁμοῖοσιον illi erunt beatorum corpora in vita æterna. Phil. 3. 3. Consideratur ut corpus filij Dei, autem τῷ λόγῳ ὑποστατικῶς. Ioh. 1. Exaltatum ad dextram maiestatis, &c. Ecquid tandem hic negari ulla specie potest? quodnam membrum? Nec tamen sophisticandi finis est.

2. Dicit aberrari à proposito, & confundi naturam & personam.

Respondeo. Non ita, Sadeel. sed demonstratur fundamentum & causa, unde fiat, ut maiestas illa corpori tribuatur.

3. Negat scripturam sic loqui.

Respondeo. Imò sic loquitur: Caro Christi vivificat. Ioh. 6. Sanguis emundat à peccatis, 1. Ioh. 1. De concreto & abstracto infra dicendi locus erit. Quod addit: Carnem plenam esse maiestate, quatenus ipsius nature veritas patitur: strophe sunt, & verba sine re. Profecto novit ipse Christus optimè, quomodo & servare humanam naturam suam, & exornare possit & velit divino honore, maiestate, potentia, &c. idq̃ scriptura explicavit.

4. At, distingui à nobis maiestatem & P. 84. glorificationem: quod fieri non debeat.

I

Respon-

Respondeo, Majestas divina humane nature Christi, ratione plenarie usurpationis, ipsam adscensionē in cælum d. n. m. secuta est. Glorificatio verò facta est etiam ante mortem in monte. Matth. 17. Et quod exaltatio tanquā fructus refertur ad passionem Phil. 2. Psal. 110. idē fit: quia passio erat finis natiuitatis Christi. Nascebatur enim homo, ut pateretur pro genere humano, & passione sua nos redimeret, & exaltaret ad cælestem vitam & gloriam. Hinc verò nequaquam sequitur, falsum esse, quod de glorificatione Christi in monte, ante passionem, Matthæus prodidit.

I. DISTINCTIO:

per se: & κατ' ἄλλο.

Argumentum I.

P. 84. Tolluntur eiusmodi distinctionibus
85. ipsa subiecta, quæ videntur distingui.

Respondeo. Nego. Non enim vivificatio, quæ infinita vis est & ἀίετος, tollit carnis substantiam, quæ finita est & manet. Neq; sequitur: quia ex essentiali proprietate corpus Christi non sit præsens in Ecclesia: proinde præsens esse nulla ratione realiter posse. Vt unque enim scriptura confirmat. Corpus Christi est & manet verum corpus. Et hoc ipsum corpus est præsens in Ecclesia, vi unionis hypostaticæ cum
λόγῳ

λόγος, & sessionis ad dextram majestatis. Argumenta, quæ sadeel loco prosyllegismorum adducit, suprâ confutata sunt.

Argumentum II.

Inferitur contradictio.

Respondeo. Haudquaquam est. Nota P. 85.
calumniam: Corpus Christi finitum & infinitum simul. Vide supra. 86.

Argumentum III.

Distinctiones sunt inexplicabiles. P. 86.

Respondeo. 1. Hoc argumento omnes articuli fidei evertuntur: quia ratione explicari non possunt. 2. At mysticum unionis explicatur sic satis in hac vita, quando docetur ex præscriptio sacrarum literarum.

Argumentum IIII.

Adversantur scripturæ.

Respondeo. Nego. Vtrumque enim scriptura ponit: Corpus Christi est finitum. Et: Corpus Christi est præsens in cæna, in Ecclesia, in medio inimicorum &c.

I. Phrasia κατ' ἄλλο sadeel ita explicat, ut statuat κατ' ἄλλο ὅτι, & referat ad communicationem verbalem, quam suprâ ex scholasticis appellabat. Pij veteres minime sic explicant, quoties de tertio communicationis

genere seu gradu loquuntur : sed hoc modo : καὶ αὐτὸ per se, nolet proprietatem essentialem : καὶ ἄλλο significet causam, unde diuina dotes carni obvenierint. Exempli gratia : Caro Christi vivifica est, non καὶ αὐτὸ per se, sed κατ' ἄλλο : id est, vivificatio non dependet ab ipsa carnis essentia, sed ab unione cum λόγῳ. Cyrillus lib. 4. in Iohan. cap. 23. Licet caro, ut caro est, vivificare nequeat : facit tamen hoc, quia totam verbi operationem suscepit. Damascenus lib. 3. cap. 15. Est ergo caro domini mortalis per se, & vivifica propter unionem cum verbo. Quae ex Damasceno & Cyrillo testimonia producit Sadeel, pertinent ad primum gradum νοητικῆς ἰδιωματικῆς, de quo & nos concedimus, etiam non admoniti à Sadeele. Error igitur est τῆς μεταβάσεως ἐξ ἄλλο γένεσος.

- Disputat Sadeel contra nonnullos, qui
- P. 89. in hoc negotio τῷ καὶ αὐτὸ opposuerint
90. 91. τὸ κατὰ συμβεβηκός. In qua tota disputatione hoc maximopere cōmendamus, quando Sadeel : Res divinae, inquit, cum sint supra naturam, sunt etiam supra philosophiam. Cujus praecepti quàm ipse fuerit memor in hac tractatione, saepe vidimus, saepius etiam videbimus. Humana naturae Christi humana tribuit & naturalia : divina nulla. Inter essentialia & accidentalia medium agnoscit nullum. Quod reale in Christo est, idem essentialia ipse vocat. De carne Christi judicat ex essentialibus duntaxat proprietati-
- bim.

bus. De loco & tempore merè physica proponit. De cælo philosophatur variè. Omnia illa sic tractat, ut philosophiam statuere plane videatur dominam Theologiæ, non ancillam, contra quàm hic asseverat. Sed ut ad ipsam rem redeamus, nos philosophicis argutis valere iussis, cum p̄ys patribus τὸ κατ' ἄλλο opponimus τὸ κατ' αὐτὸ eo sensu, qui paulo antiè à nobis est expositus. Atq; in primo quidem gradu communicationis idiomatum locum habet illud κατ' ἄλλο ἢ κατ' αὐτὸ, de quo Sadeel prolixè disserit: sed sine adversario. Nam disputatur inter nos non de primo, sed de tertio genere communicationis. Quæ duo cum à Sadeele studiosè confundantur, planum est, noluisse eum arcem causæ invadere. Nos autem in progressu perspicuis exemplis & testimonijs patrum veritatem hujusce distinctionis κατ' αὐτὸ ἢ κατ' ἄλλο edocēbimus.

2. Sadeel ait, peti à nobis principium. P. 93.

Respondeo. Minimè verò: sed Sadeel perverit statum. Queritur enim: An communicatio idiomatum sit essentialis? Ibi respondemus negativè. Atq; ad id declarandum distinguimus, vestigijs patrum insistentes, inter τὸ κατ' αὐτὸ καὶ κατ' ἄλλο.

3. Contradictionem ait implicari. Ergo P. 92, τὸ proprium: & servari.

Respondeo. Suprà idem argumentum fuit: ubi require responsonem. 93.

Recurrit calumnia de corpore infinito.
 P. 92. Quid sit corpus Christi per se : & quid
 94. per unionem.

Respondeo. Corpus in Christo unum
 semper & idem est & manet: ed necessario hoc
 duo discernenda sunt. 1. quid habeat & possit
 corpus ex suis essentialibus proprietatibus.
 2. quid adquisierit ex unione personali. Vivifi-
 cationem certe corpus non habet ex se, vel ex
 sua proprietate. Vnde igitur? ex unione seu
 per unionem. Ad hoc Categoricè debuisse re-
 spondere Sadeel: non ludere phrasi (factum es-
 se.) Quid autem Petro respondebit Act. 2. affir-
 manti: quodd Deus Iesum crucifixum (en no-
 tam humana naturæ? Est enim crucifixus se-
 cundum carnem) fecerit ἐπινοῶν dominum &
 Christum? Num & hic clamabit sublatam hu-
 manam naturam?

P. 94. 4. Est ἀδολεσχία.

Respondeo. Ambiguitas est in phrasi:
 per se. Quæ phrasis nō opponitur unioni (caro
 enim Christi extra unionem ne considerari qui-
 dem debet) sed notat essentielles proprietates.
 Ac semper obseruetur hanc distinctionem, ut &
 ceteras plenasq; oppositam esse aduersariorum
 clamoribus ad essentiali communicatione: Quod
 novit Sadeel, sed ma vult per versè intelligere,
 ut materiam habeat sophisticandi. Applica ex-
 empla vivificationis, & clarior erit sophisticæ.

P. 95. 5. Distinctio est ἀνίσταθ.

Respon-

Respondeo. Nego. Caro Christi per se non vivifica est. Hoc est certissimum. Vivificatio enim non est proprietas carnis, sed solius deitatis. Est tamen caro Christi vivifica Iohan. 6. Quomodo ergo, & unde? κατ' ἄλλο propter unionem: hoc est, unio est causa ejus vivificationis. Calumniam de infinito corpore prætereo: Est enim perpetua apud adæelem.

Pervertit phrasin per se & κατ' ἄλλο. P. 95.

Respondeo. τὸ per se notat causam inter- 96.

nam seu essentialem: ut animal vivit, movetur, sentit. Pulvis spirat: ignis urit. κατ' ἄλλο notat causam aliam. Vi: ferrum ignium urit. Vtere ferro tribuitur non per se. Quia hæc vis ferro non inest per se & essentialiter, sed κατ' ἄλλο: quia vis urendi ferro communicatur ab igni. Caro Christi semper est & consideratur in unione, nunquam extra. Et nihilominus nonnulla carni tribuuntur per se: nonnulla κατ' ἄλλο: in ipsa etiam unione. Caro Christi etiam unita, non adoratur per se, id est, per & propter essentialem quandam proprietatem: sed κατ' ἄλλο, id est, per & propter unionem cum λόγῳ. Si dixeris: Caro Christi patitur & moritur, quia λόγῳ unita est: non rectè dixeris. Habet enim id ex se, ut pati possit. Ita si velis dicere: Caro est vivifica ex se, vel per se, non verum dicis. Hæc enim vis manat à λόγῳ. Breviter: per se, notat actum naturalem, κατ' ἄλλο notat actum personalem: de quo p. 110 d. inferius.

P. 96. *Quærit Sadeel: An illa ratio humani*
 97. *corporis (qua uno in loco est) fit in cor-*
pore Christi secundum unionem hyposta-
ticam, nec ne?

Respondeo. *Ludit in voce secundum 3.*
Quæ interdum refertur ad essentialia proprie-
tates: ut: Christus est mortuus secundum car-
nem. Ac tum pertinet ad prin. um gradum com-
municationis idiomatum: ubi essentialia natu-
rarum proprietates distinguuntur. 2. Deinde
notat objectum: ut: Christus ascendit ad cæ-
los & sedit ad dextram Dei secundum huma-
nam naturam. Christus vivificat secundum car-
nem. Hic voce secundum non notatur essentialis
proprietatis: sed ostenditur, prædicatum propo-
sitionis referri ad humanam Christi naturam.
3. Tertio: vox secundum, usurpatur ad signifi-
candam causam alicujus effecti: ut: Caro Christi
vivificat secundum unionem, id est, propter u-
nionem: hoc est, unio causa est, cur caro Chri-
sti vivificet. Notentur hic etiam diversa signifi-
cata Græcæ vocis κατὰ. Sadeel id secundum
usurpat pro: in: Corpus Christi est verum cor-
pus secundum unionem, id est, in unione. Usus
hic vocabuli in Ecclesia non est usitatus: confi-
ctus autem à Sadeele, ad occultandam sophisti-
cen. Quare audi. id secundum unionem: idem
est quod: in unione. Et verò corpus Christi
semper consideratur secundum unionem (quia
extra unionem nec fuit, nec est, n. c. erit.) Ergo
 nunquam

nunquam poterit considerari per se aut juxta proprietates essentielles. Aut si: secundum unionem: idem est, ac: secundum essentielles proprietates: (ut sanè innuit Sadeel) cerè nulla dari potest differentia, unionis illius ratione, inter corpus Christi, & aliorum hominum. Res tota exemplo declaretur. Caro Christi vivificat secundum unionem, καὶ ἡ ἕνωσις, ait Cyrillus. Respondeat Sadeel: An vivificare sit essentialis carnis propriet. as: quia secundum unionem dicitur vivifica. Nos sanè cum scriptura & pia antiquitate id pernegamus. Unio enim personalis causa est, cur vivificatio carni Christi adscribatur. Cyrillus de recta fide ad Theodosium: Quomodo igitur, inquit, vivificat caro? secundum unionem cum vivente verbo: quod & suæ naturæ bona proprio corpori communia solet facere. Quæ verba sunt observatione dignissima.

καὶ ἄλλο, refert tantum ad personam. P. 97.

Respondeo. Sanguis Christi emundat à peccatis: dicitur per se? Nemo pius & sanus dixerit. Hæc enim vis sanguinis Christi non inest per se, ex natura sanguinis, etiam in ipsa unione. Quia tamen, verè hoc dicitur: profectò verum erit καὶ ἄλλο: quicquid obstrepant argutie Sadeelæ. Ceterum in primo genere communicationis idiomatum rectè ad personam refertur, sicut & nos supra annotavimus. Atque hæc pertinent exempla à Sadeele prolata.

I s Quare

Quare peccatum est τῆς μεταβάσεως ἐς ἄλλο
γένος.

Sadeel ait: Cum dicis: Corpus Christi:
jam in abstracto loqueris.

Respondeo. Quæro à te, Sadeel: cum di-
co: Caro Christi vivificat: Sanguis Christi e-
mundat à peccatis &c. An etiam ista in ab-
stracto dicuntur? Alibi de vocabulis abstractis
& concreti dicitur, eorumq; duplici usu, Scho-
lastico & Etymologico.

In syllogismo hypothetico ludit Sadeel
voce abstracti. Opponantur verò hæc duo, de
quibus jam dictum est: Caro Christi vivificat:
Sanguis ejus emundat à peccatis, &c.

II, D I S T I N C T I O:

τὸ εἶναι, & τὸ ἔχειν.

P. 98. 1. De phrasi: Humanitas habet deitatem:
nolo λογομαχεῖν: Hoc solum dico: si Chri-
stus secundum humanam naturam in tempore
accepit omnipotentiam, vim vivificandi &c.
habet sanè eam. Id enim relatio monstrat. Ac-
cepit: ergo habet.

In divinis idem est habere & esse, ait
Sadeel.

Respondeo. Distingue τὸ ὁσιώδες ἡσὶ
ὑποστατικῶν in Christo, ut sæpe supra

P. 99. 2. Habitus tollit essentiam.

Respon-

Respondeo. Si habitus intelligatur essentialiter inherens, verum est. At in Christo non sic: aliàs ipsa unio cessabit. Repetitur κωκυρισμός de abolitione corporis, si statuatur realis communicatio. De quo supra.

3. Ἀντιφάσει Sadeelis (de qua saepe supra) hic saltem opponatur exemplum vivificationis.

Ad incommodum respondeo: 1. Simpli. P. 110. ceter negatur tota Sadeelis assumptio. 2. Corpus Christi duplicem habet considerationem. 1. ratione essentialium proprietatum. 2. ratione unionis: ut saepe jam dictum est. Quae duo, quia non sincere tractat Sadeel, non mirum est, illum miras conficere conclusiones. Accurata verò distinctio inter τὸ ὁσιώδες καὶ τὸ ὑποσατικόν dissolvit eas universas.

III. DISTINCTIO:

φυσικόν καὶ ὑπερφυσικόν.

1. Sadeel duo opponit: Ex essentia, & per P. 101. accidens. Omittit τὸ ὑποσατικόν. Peccat ergo etiam in ipsam unionem: quae personalis est: essentialis aut accidentalis non est.

2. Distinguit ὑπερφυσικόν καὶ ἀντιφυσικόν.

Respondeo. 1. Distinguit sine fundamentum. Cum grave sursum fertur, illud contra naturam fit, ait Aristoteles. Sed Sadeeli novum

non est, verba & mutare & phrasas ad suum sensum & arbitrium. Hieronymus: In corpore Christi multa sunt contra naturam: quibus non naturæ mutatio, sed potentia & virtus Dei ostenditur. Augustinus: Deo possibile est, multa contra naturam corporis in Christo facere, auferre, quas voluerit, qualitates. Accedente dei gratia, cessat lex naturæ, &c. 2. Facebat tandem aliquando calumnia de corpore infinito. Neque enim idem sunt: Esse omnipræsens, & esse infinitum. Hoc enim essentiæ divinæ est, illud personalis unionis beneficium, ratione humane naturæ Christi. 3. Sadeel oblitus est suorum verborum, philosophia non est supra Theologiam. Miracula enim certè multa sunt contra naturam: quod suo loco videbimus.

P. 101. De existentia & præsentia corporis
102. quanti.

Respondeo. Illud corpus Christi quantum, adest Ecclesiæ: non quatenus quantum est, sed quatenus τὸ λόγῳ unitum est. Modum ergo & facultatem ejus præsentia largitur non quantitas, sed hypostatica unio cum λόγῳ. Refertur huc distinctio inter actum naturalem & personalem. Sadeel tantum de naturali actu loquitur, omisso personali: Qui elenchus ipsi frequentissimus est.

P. 102.

Aggreditur confellere responsiones doctorum synceriorum ad objectionem de quantitate corporis Christi. Ac fundamentum quidem Sadeelem

deeleum, hoc est : Esse quantum : & : esse omnipræsens, dicuntur ἀντιφατικῶς. Vera igitur simul esse non possunt. Corpus autem Christi quantum est, Non enim est infinitum. Ergò non potest esse omnipræsens.

Respondeo. 1. Nervus argumenti supra incisus est, sed hic aliquid etiam addimus, 1. Elenchus est τῆς αὐτῆς. Quantitas enim corporis Christi non est causa ejus omnipræsentiæ: sed personalis cum λόγῳ unio. 2. Non sunt ἀντιφατικὰ in Christo : esse quantum, & esse omnipræsens. Oppositio enim non fit secundum adem, & eodem respectu. Corpus est quantum, ex essentia proprietate, quæ suis terminis seu dimensionibus finitur. Est idem corpus omnipræsens ex unionis beneficio & sessione ad dexteram majestatis, Corpus tò esse quantum habet actu naturali : tò esse omnipræsens habet ex actu personali : Qua de re mox plura dicentur. Dicat ergò Sadeel nos delirare, & disserendo nugari, & dicendo nihil dicere : Certum tamen P. 103. nobis est, simplicem hanc declarationem veritati esse viciniorē & magis consentaneam, cunctis istis argutijs & fallacibus ὀμωυυμῖαις. Nec est, quod sectemur istas ambiguitates & prolixè refellamus. Semper enim in conspectu sit vivificationis exemplum : quod, si quis accommodet ad Sadeeleam hanc disputationem, videbit, non esse jam deliria & nugæ, sed impium

pium & detestandū dogma, quod Sadeel propinat incautis hominibus. Vivificū esse profectō non est physica carnis Christi qua itas (absit) Carni tamen istud tribuitur in scripturis, quod supra à nobis demonstratū est. Dicat igitur nobis Sadeel, quomodo ex qua causa de carne hac dicatur, quod sit vivifica. Nobis id perquam est facile. Ex unione enim id habet cum λόγος; quia cum filio Dei una persona est: Quare ita propono. Vivificandi vis infinita est: Caro Christi finita. Ergo est ἀντιφατός, inquit Sadeel, Quemadmodū corp. is est quantum & finitum; omnipræsens est infinita. Quæ enim sit inter hæc duo differentia, Sadeel vix unquam explicare possit. Caro Christi finita est: & est vivifica. Et: Caro Christi est finita: & est omnipræsens. Nam ut omnipræsens est infinita; sic & vivificandi vis infinita est. Porro si τὸ vivificum esse absq; ἀντιφατός de carne Christi dicitur: dicitur etiam τὸ omnipræsens absq; contradictione. Et, si infinita vis vivificandi non destruit finitam corporis naturam: nec eandem destruet infinita omnipræsens. Respondeat hic si possit, Sadeel aperte & perspicue: non involvat homonymijs manifestam veritatem.

Vnionis personalis hic modus est, & hæc ratio, inquit Sadeel, ut ambæ naturæ servent suas proprietates.

Respondeo. Concedo, & urgeo: sed tamen addo, modum & rationem personalis vnionis

tionis esse hanc etiam, ut fiat communicatio tum
 naturarum, tum proprietatum. Coniungenda
 hæc erant, unio & communicatio: tanquam
 causa & effectus. Sadeel hic opponit tanquam
 contrarietatem: quia proprietas & communica-
 tio, & seruari & communicari dicantur con-
 tradictorie. Sed de his, quantum satis est, re-
 spondimus supra sæpius.

Si fiat corpus omnipræsens: Ergò non
 manebit finitum.

Respondeo. Infinita vis vivificandi fa-
 cit quidem corpus vivificum per & propter u-
 nionem, at non facit infinitum. Ratio: quia non
 inest ὁμοιωσις. Eodem modo de omnipræsenti-
 a, & alijs.

Colligit Sadeel: Corpus Christi in cœna P. 104.
 est realiter cum pane, quia est omnipræs-
 ens. Id verò habet iuxta modum, quo
 unitum est verbo. Ergò corpus Christi est
 cum pane, unione personali.

Respondeo. Sophisticæ multum: parum
 veritatis. Causa præsentia corporis Christi
 in cœna est ipsa dominica institutio. Facultas,
 unde pendet ista præsentia, est unio persona-
 lis. Vult enim adesse Christus corpore suo:
 quia sic instituit. Potest adesse: quia id corpus
 personaliter cum λόγῳ unitum est. Iudicet hic
 tota Ecclesia, sequatur né hinc, quod Sadeel
 concludit: nempe corpus Christi esse cum pane
 unione

unione personali. Vnitur corpus Christi cum pane benedicto unione sacramentali: cuius fundamentum esse dicimus unionem personalem cum λόγῳ: modum eundem unionis esse nemo pius unquam vel cogitavit. Sed sunt hæc delicta Sadeelis, varijs ὑπονομιῖς illudere hominibus.

Hanc unam ob causam (præsentiam cum pane in cœna) excogitârunt omnipræsentiam corporis: inquit Sadeel.

Respondeo. Vanitas. Omnipræsentia ne præstare quidem potest, quod in cœna requiritur. Non enim solum adesse statuitur corpus Christi: s. d. adesse manducandum: juxta hanc Christi vocem: Edite: Hoc est corpus meum &c. Qua de re paulò post plura.

Aggreditur aliud argumentum. Humana natura est verbo unita aut secundum quantitatem, aut sine quantitate. Neutrum. Ergò. Respondet Sadeel, non bene hic opponi τὸ secundum, &, τὸ sine: id quæ ostendit tum rationibus, tum autoritate Synodi Ephesinæ & Chalcedonenfis.

P. 105. Respondeo ego: Quæcumq; adversus hanc oppositionem τὸ secundum & τὸ sine, a Sadeele dicuntur, ea pro nobis contra Sadeelem accipimus. Argumentum enim illud nititur hypothesei adversariorum, non est simpliciter ita a nobis propositum. Negant adversarij corpus Christi esse omnipræsens. Probant: Quia si est
omni-

omnipresens, est vel secundum quantitatem, vel sine quantitate. Non sine quantitate: quia esset infinitum: & per consequens non esset corpus. Non secundum quantitatem: quia quantitas potius dat esse in loco, propter circumscriptiōem & dimensionem: quam ut eximat loco. Ergo &c. Hanc argumentationem adversariorum confutaturi, ut hypotheseos falsitas appareat, dicimus eandem oppugnare ipsam unionem: ea profus ratione, ut Sadeel recitavit. Manifestum hinc est, peccare. Sadeelē Elencho τὰ ἀπὸ τοῦ μὴ ἀπλῶς ὡς ἀπλῶς: assumendo hypotheticam pro Categoricali: nec tam disputare contra nostrae sententiae veritatem, quam suam ipsius convelere argumentum. Proinde opus non est, ut plura hic addantur.

Respondet ad argumentum de loco: quod P. 106. non veniat in definitione corporis. Negat actu corpus esse posse sine loco & sine tempore.

Respondeo, 1. Ex scholasticis acutissimi disputando concludunt, corpus esse posse sine loco. 2. Nos omīssa questione ita affirmamus, etsi locus sit in materia accidens corporis necessarium: tamen ad ipsam corporis essentiam non pertinere. 3. Corpora glorificata non sunt locis physicis subiecta: quia uno momento possunt esse ubi volunt: quod Sadeel non negat, ut videbimus infra. 4. Corpus Christi non tantum glorificatum est: sed & unitum τῷ λόγῳ hypostatice.

P. M. postaticè. Quare damnamus istam vocem blasphemam: Deum uniuersa sua omnipotentia non posse effuere, ut unum corpus, possit simul esse in pluribus, quam in uno tantum loco esse. De tempore idem statuimus, ratione dextere Dei, & vitæ æternæ. Quæ de re supra etiam aliquid dictum est.

Dirnenlio, inquit Sadeel, sine circumscriptione, ne intelligi quidem potest.

Respondeo. sæpe dictum est: Corpus Christi finitura esse & manere: quia finitur propria essentiæ terminis & dimensionibus: ut maxime non circumscribatur externo loco, qui in dextera Dei nullus est, Distinguiamus unum inter dimensionem seu circumscriptionem internam, quæ refertur ad ipsam essentiæ: & circumscriptionem externam, quæ sit à loco ambiente. At negat hoc Sadeel: dimensionem intelligi posse sine circumscriptione. Intelligit autem circumscriptionem externam, quæ sit à loco ambiente, sed causas, cur neget, nullas habet idoneas. Angeli finiti sunt Spiritus: propter dimensionem & finitatem essentiæ: non propter circumscriptionem loci. Quod qui negat, ipsam spirituum naturam negat, Et quis, & qualis, & quantus locus est, qui circumscribit & ambit corpora glorificata in cælesti vita, mihi Sadeel? Quare in memoriam tibi revocamus, quod agebas supra pag. 89. De mysteriis divinis non esse ex philosophorum regulis pronuntiandum.

mandum. Quamquam hic certè non syncerè phariseus de dimensionibus.

Pontificiorum de transsubstantiatione doctrinam odiosè conuertit syncerè de cœna dominica confessioni: sed Rb. rorem hic agit, non disputatorem. Fundamenta verò ipsa alibi examinanda sunt. P. 107.

III. DISTINCTIO:

κτῆσιν καὶ Χριστῶ.

Pervertit statum Sadeel. Dicit enim distinguere τὸν κτῆσιν καὶ Χριστῶ ratione deitatis: cum nos hanc distinctionem referamus ad Christum juxta humanam naturam: secundum quam, ex unionis beneficio, omnipotentiam habuit, at non semper exeruit.

Asserit κτῆσιν καὶ Χριστῶ in Deo nihil differre. 1. propter essentialitatem cum proprietatibus. 2. propter simplicitatem. 3. quia usus in Deo non possit separari à possessione. P. 108.

Respondet. 1. Adhibetur distinctio non ratione τῶν λόγων, sed humana natura. Quare aliena sunt, quæ disputat Sadeel omnia. Cum enim sit questio de humana Christi natura: respondet ille de deitate. 2. Contradicit sibi ipsi. Fatetur enim pag. 109. Christum habuisse maiestatem semper, etsi non exeruerit: id quod hic fieri posse negat. 3. Suprà demonstravimus. *Contrad.*

K 2

vimus.

336 CONTRA ANTO: SADEEL

rimus, respectu creaturarum distingui proprietates divinas. 4. Eodem respectu aliud est Deum bonum esse, & bonum facere. Est Deus bonus, ipsaq; bonitas sibi ipsi, etiam cum nulla creatura est. Facit bonum, creaturæ condendo, & illis bonitatem impertiendo. Vide supra in distinctione operum Dei ad intra, & ad extra.

V. DISTINCTIO: PER
apparitionem & disparitionem.

P. 109. Tota hac distinctione meras calumnias
110, proponit: quibus opponantur manifestissima dicta & protestationes syncrorum doctorum, que passim extant. Absit enim, ut quisquam Christianus neget verè factum, quicquid de Christo scriptura commemorat.

VI. DISTINCTIO:
per Abdicationem,

P. 113. In distinctionis hujus refutatione sic versatur Sadeel, ut Sophisticæ palmam plurimè
q; alijs præripuerit.

1. Pro voce Apostolica τὴν ἀνέθεωσεν Phil, substituit abdicationem: in qua examinanda egregiè sese exercet, ratione secunda & tertia. pag. iii. 112.

2. Negat rectè dici: Humanam naturam fuisse humiliatam.

Respon-

Respondeo. Christus ἐκείνου ἰσχυροῦς
 juxta quam naturam? Non divinam: qua e-
 natuari non potest. Deus ego. Et non motor.
 ait Iehovah. Malach. 3. Ergo juxta humanam:
 nam nempe, juxta quam Et poterat crucifigi Et
 exaltari. Quid ad hæc Sadeel? λέγει Et se: ipsum
 exinanivit, inquit ἑστῆς. Audio. Ergo Et
 ἑστῆς exaltatus est. Quæ verò est illa ἑ-
 στῆς? Num verbalis quædam prædicatio? At
 realis erat Et exinanitio, Et realis exaltatio.
 Et ἑστῆς illam ad unitã carnem refert. Sadeel
 ipsam exinanitionem ad eam referre non vult:
 nesciens scilicet quid dicere possit, ne credere co-
 gatur veritati. Porro ò qui λέγον exinanitum
 affirmant, non secundum carnem, illi cum Ari-
 anis deitatem sibi constituunt mutabilem, id est
 fatentur non esse verum Deum: quod absit.

3. Rationem Sadeelis secundam & tertiam P. 112.
 unica vox refellit. Pro abdicatione ponatur
 exinanitio: Et jacet vis argumenti. Observan-
 da ibi est depravatio dicti: Nondum Christus
 erat glorificatus. Iob. 9. Respicit enim Evange-
 lista ad gloriosissimam ascensionem ad cœlos, et
 sessionem ad dexteram majestatis: quam secu-
 tura erat larga illa spiritus sancti effusio: de
 qua Act. 2. Et 5. Cum Christus gloriam suam
 manifestaret in nuptiis, Iob. 2. Annæ tum erat
 glorificatus? Vide etiam glorificationem in mi-
 nute. Matth. 17. Sed non vult Sadeel suis fidere ar-
 gutiis, quam credere manifesto Dei verbo.

4. *Aut*: Christus dicitur abesse etiam
 P. 112. post glorificationem. Non est hic. Mat-
 113. thæi 23.

Respondeo. Glorificatio Sadeeli idem est,
 quod majestas, ut supra dixi pag. 84. Majesta-
 tis verò plenaria usurpatione caput ab adscension-
 ne in celos. Verba autem ista: Non est hic: di-
 cuntur, cum jam jam Christus resurrexisset: et
 cum paulò post diceret Christus ad Mariam:
 Nondum adscendi ad patrem meum. Iohan. 20.
 Est igitur insigne *Αὐδ' ὡς ἔφησα*, de absentia
 Christi post glorificationem. Sic enim Christus:
 Ego vobiscum ero, inquit, usq. ad consumma-
 tionem seculi. Item: Hoc est corpus meum. Quæ
 verba quomodo absentiam significant, habemus
 videre non potuimus: Credere autem Sadeelis
 vagis pronuntiatia, contr. veritatem, non tene-
 mur.

P. 113. *ἵνα τὸ κτήριον ἔσται ὡς ἱερ.*, ut supra non sym-
 cere proposuerat, ita hic perperam repetit.

6. Idem iudicium est de potentia & actu,
 de quibus hic differit Sadeel. Est enim sic omni-
 potens Christus, ut simul sit agens liberrimum.
 Ac certè cum in cruce pateretur Salvator: non
 gubernabat secundum carnem celam et ter-
 ram. Quod qui negare de humana Christi na-
 tura velit in suam majestatis: negavit eadem o-
 p. ra di. Ta illa clarissima Psal. 8. Hebr. 1. Psal.
 no. Matth. 28. Ephes. 4. 1. Corinth. 15. aliq.
 infinita.

Qua responsione & hoc convellitur, quod ait Sadeel: Res fit plenior, cum ad presentiam accedit actus. Vbi primum distinguatur τὸ ὑποστατικὸν καὶ ὁ ὁμοῦς. Deinde attendantur verba Pauli de exaltatione post passionem. Phil. 2. Num enim, Antoni Sadeel, plenior fiebat unio post exaltationem, quam erat in exinanitione? Quare non est, quod blasphemias de DEI potentia: & quod gloriaris adeoq; triumphes ante victoriam. Infra ἀδίκως demonstrabitur, hanc, de qua agimus, νέωσιν pertinere ad Christum, non quatenus Deus, sed quatenus homo est.

P. 114.

De immortalitate carnis Christi. Carnem Christi habuisse jus immortalitatis ex unione personali, non dicitur orthodoxè, ait Sadeel.

P. 114.

115.

116.

Respondeo, Integram hanc disputationem paucis absolvemus. Qua disputat Sadeel de fine unionis, concedo. Deus enim λόγος factus est homo, ut posset pati et mori. Hoc prolixè probat Sadeel: sed præter rem. Nam nemo negat. Sed id venit in controversiam. Num caro Christi fuerit naturâ mortalis, nec ne? Qui non fuisse dicunt, probant: 1. quia sine peccato fuit: cuius stipendium mors est. Rom. 2. 2. Accedit unio cum λόγος: ex qua caro Christi habuit, non solum ut alios vivificaret, & immortales redderet, sed ut ipsa etiam esset immortalis. Ut ergo immortalis erat naturâ, quia

K 4

sine

sine peccato: ita etiam immortalis erat beneficio unionis personaliter, quia cum *visifico* *Ab-yo* hypostaticè unita. Mortalis autem fuit liberrimè, juxta illud Ioh. 10. Potestatem habeo ponendi animam, & eam resumendi. Hac necessaria distinctione ommissa Sadeel ita disputat, quasi simpliciter caro Christi dicitur fuisse immortalis. Observato autem eo discrimine, exanuit vis omnis argumentorum Sadeelis. Christi enim mors fuit liberrima. Unde merito obedientia ipsius commendatur etiam ad mortem, ait Apostolus. Philip. 2. Nam quod objicit Sadeel:

P. 117.

Exemplum de Adamo, si non peccasset esse planè extrarem: Carnem enim Christi fuisse mortalem propter peccata nostræ Confusio est causarum efficientis & finalis. Mors est stipendium peccati, id est, peccatum efficiens causa mortis est. Christus moritur propter peccata: scilicet, ut ab us liberemur: Causa finalis est. Quo pertinet illud Athanasii à Sadeele pro nobis allegatum: Mors Christi peccati expiatio fuit.

Sadeel exagitat, & contradictionibus urget eorum sententiam, qui dicunt, eodem momento, quo unio facta est, coepit abdicacionem

Respondeo. 1. Abdicationem reposuit Sadeel pro exinanitione: quod & antè monuimus. 2. Contradictoriè opponit assumptionem & abdicacionem: contradicens apostolo, qui assumptionem

tionem & exinanitionem conjungit: Sumpta
 servi formâ, inquit, exinanivit seipsum. Phi-
 lip. 2. Arguat. ergo contra Paulum Sadeel, quod
 protulerit ἀντιπατικά: & S. sanctum infor-
 met in Logicis: Et Apostolicam doctrinam vo-
 cet. ineptissimas rationes et caducas & momen-
 taneas. Quid enim clarius possit adseri? ἐα-
 τὸν ἰκάνωσθαι (Christus) μορφῆς θεοῦ λαβὼν
 e. inanivit seipsum formâ servi sumpta. Con-
 trà ita Sadeel: Si id. verum est, inquit: Ergo
 eodem momento unio facta fuit, & non
 fuit facta. Quare ad Sadeelem D. Paule pro-
 pera, ut ex eo discas vitare in tuis Epistolis ἐ-
 τιπάσας. Quin potius ex Paulo Sadeel discas
 rejectis sophisticis imposturis, concedere mani-
 festâ & Apostolicâ veritati.

Ad similitudines de animi deliquio: P. 117.
 & anima rationali infantis, respondet: esse 118.
 dissimilimas: quia omnipræsentia non sit
 forma humanæ naturæ.

• Respondeo. Num & deliquium animæ
 forma est, Sadeel? Et, si de rationali anima ve-
 rum est, quod infantis forma sit: num ideo simi-
 litudo falsa est? At convenit in eo tertio, in quo
 fieri applicatio debebat. Quod si pergas sic ar-
 gumentari, nulla in tota rerum natura poterit
 ad Christum similitudo adaptari. Ratio: quia
 unio Christi hypostatica est singulariter mirabi-
 lis, & mirabiliter singularis, quemadmodum ex
 Augustino agebas in limine hujus tuæ tractatio-

nis: ut nullius rei forma cum hoc mysterio possit congruere. sed id artificium infra experientur solenne esse Sadeeli, ut, ubi negare similem rationem non potest, conquirat ibi dissimilitudines, de quibus disserat, ne videatur tacuisse. Quamquam non probandi, sed illustrandi tantum gratia similitudines adhibentur.

P. 118. Quæ annectuntur de immortalitate carnis Christi: ad ea responsum est paulò ante, distinguendo inter naturalem effectiorem, & liberrimam agendi facultatem in Christo, quæ homo est. Veteres vocarunt *omovouia* q. Carnem assumptam Christus mortalem, id est, quæ liberrime pati & mori poterat: ut ait ipse: Potestatem habeo ponendi animam &c. Joh. 10. Certe si ex natura necessitate mortuus est Christus, promereri morte sua nihil potuit: quod absit. At liberrime, patiendo & moriendo expiavit peccata, & mortem vicit. Quæ vera sententia confirmatur his ipsis testimonijs Athanasij, quæ perperam pro se Sadeel allegavit.

De oppositione finiti & infiniti dictum est supra.

VII. DISTINCTIO:

Naturaliter & Personaliter.

P. 119. Sadeel vocat personale, non id, quo persona constat, sed id, quod ad ipsam personam constitutam, & ad totò vphis & non refertur. Infert inde: Ergò non licet de
 natura

natura dicere personaliter: sed tantum de ipsa persona.

Respondeo. Unio naturarum est personalis, ait ipse Sadeel pagina sequente: & : Natura humana est personaliter unita λόγῳ. Quaeso, quid hic notat personale? personaliter? Refertur enim certe ad naturam etiam. Quare crassa est ista Sadeelis ἀντιφρασις. Nec opus est hic testimonijs patrum: cum ipsa nobis ex Sadeele suppetant. Cum enim recte dicitur: Humana natura est personaliter unita λόγῳ: quidni & rectum sit: Humana natura est personaliter (id est, per & propter unionem personalem) vivifica, omnipraesens, omnipotens? &c.

Falsum est, inquit: Deitas est alicubi P. 120. praesens personaliter: Ergo & falsum est: Humana natura est ubique praesens, vel infinita, vel aeterna personaliter.

Respondeo. 1. Tollantur insidia Sadeelii, conjungentis τὸ ubique esse praesens, & infinitum esse, & aeternum esse. Rationem & modum distinctionis inter haec supra annotavimus aliquoties, ubi vide. 2. Non est par ratio praedicationis. Gradus enim communicationis non sunt miscendi. In tertio gradu dat ὁ λόγος &, accipit caro: non vicissim. De quo vide supra in explicatione horum graduum. 3. Oppono hoc: Caro Christi est vivifica. Iohan. 6. Non naturaliter. Neq. enim ex carnis natura vivificatio dependet. Quomodo ergo? personaliter: non
quasi

quasi caro persona sit: sed quia cum carnis personaliter unita: qua unio causa est. vivificationis carni communicata.

Repetit Sophisma: Corpus nunquam est extra unionem. Ergo nunquam est in certo loco.

Respondeo, *Ἐπεὶ ὁ Χρὶςτός ἐστιν ἓν καὶ τὸ αὐτὸν* corpus perpetuo ad usum nō ad idem in unione permanens duplicem habet considerationem. 1. ex proprietatibus naturalibus: secundum quas est alibi. 2. ex beneficio seu gratia unionis: unde ornatum est omnipotentia, vivificatione: &c.

P. 120. Notat quorundam explicationem τὸ
121. personale: & pro se interpretatur. Sed id nihil ad nos. Ego germanum sensum retinco illius vocis: ut personale sit, quod ad personam pertinet, & quod ex persona consequitur, seu personali unione: sicut orthodoxi patres hoc vocabulo frequenter usi sunt.

P. 121. Arguit: Caro est personaliter omni-
122. præsens: Ergo & æterna personaliter.
Aut si non hoc, Ergo nec illud.

Respondeo. Non sequitur: & quare non sequatur supra fuit præterea demonstratum.

P. 122. Repetit: In unione manent proprietates. Ergo caro non est omnipræsens.

Respondeo. Caro in unione retinet essentielles proprietates: Et nihilominus sit particeps proprietatum & operationū divinarum.

ut supra à nobis ostensum est. Quæro, Sadeel: vivificatio non est proprietas carnis. Ergò caro Christi non est vivifica. Estne vera conclusio? Negat Christus Job. 6. Et sanè vivificandi vis tam est infinita & æterna, quam ipsa est omnipresentia & omnipotentia. sed Sadeel corpus Christi nihil est aliud, quam morè physicum corpus, cui præter nudam nomen de divinis idiomatibus nihil quicquam sit tribuendum.

2. Concludit Sadeel: Naturam non opponi personæ: sed naturæ. Ergò, inquit, naturaliter referatur ad naturam, personam ad personam. P. 122.
123.

Respondeo. Igitur non rectè dixisti supra, Sadeel: Natura est unia personaliter. Dicendum enim tibi fuisset, naturaliter, ex tuo illo argumento. Quo tandem ruis Sadeel? Naturarum unio tibi erit naturalis? Dicis enim: Vox naturaliter ad naturas referenda est &c.

Ait: Sublata altera ex naturis, non potest stare unio: ac perinde non jam esset persona: quod absit.

Respondeo. Quid? ò λόγος ante unitam sibi naturam humanam non erat persona? Furis Sadeel, sophisticando: & furis contra Deum. Qui jam est Christus ex utraq; natura, divina τὸ λόγος, & humana, & in utraq; verus erat Dei filius, & persona S.S. Trinitatis secunda ante incarnationem. Listis n. res, Sadeel, si sanus esses, inter personam τὸ λόγος
simpliciter

simplicem ante incarnationem, & personam Christi $\sigma\omega\delta\epsilon\tau\omicron\pi$ post factam $\sigma\omega\delta\epsilon\tau\omicron\pi$ $\sigma\omega\delta\epsilon\tau\omicron\pi$. Neg tamen argumentum tuum proceat. Nam, ra enim & persona Christi non opponuntur a nobis $\sigma\omega\delta\epsilon\tau\omicron\pi$, ut tu opinaris: sed sunt $\sigma\omega\delta\epsilon\tau\omicron\pi$. Quare naturam utraq; posuimus, non tollitur persona, sed asseritur: & vicissim. Ratio autem oppositionis est haec, cum $\tau\omicron$ naturaliter & personaliter opponuntur: ut $\tau\omicron$ naturaliter referatur ad proprietates naturales: $\tau\omicron$ personaliter ad beneficium unionis personalis. Declaro: Caro Christi vivifica est: non naturaliter, sed personaliter: id est: causa hujus vivificationis non est natura carnis seu naturalis proprietates, sed unio cum $\lambda\omicron\gamma\omicron\sigma$ personalis.

P. 123.

De duobus actibus corporis Christi: naturali & personali: quos negat Sadeel argumento duplici.

1. Unius rei non possunt esse duo actus primi: praesertim inter se oppositi.

2. Actus personalis non potest esse nisi personae.

Respondeo. Attendant hic aures Christianae. Corpus Christi, seu humana ejus natura actum tantum habet unicum, nempe naturalem, asserente Sadeele: quia nimirum in natura nullius rei duo esse actus primi possunt. Assumo ego: Corpus Christi actu naturali, quae est omnibus hominibus communis, non est $\tau\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\sigma$ unicum. Eset enim unio naturalis: quae
eodem

eodem modo omnibus competeret hominibus. Quid hinc sequetur? Aut unio nihil est, aut naturalis est, & communis omnibus. Despice Sadeel, quid respondeas. Item: Humana natura est pars personæ τὸ θεῶν θεῶν, asserente ex veteribus Damasceno. Atqui hoc non ex actu naturali. Unde ergo? Monstret nobis, Sadeel, si rejicit personalem. Infinita sequentur absurda, si hæc sententia obtinuerit. Atque infra fructum hujus negationis videbimus, in locutionibus: Homo est Deus, Deus est homo.

Quod addit Sadeel: Esse hos actus oppositos inter sese.

Respondeo. Negando illud. Sunt enim ὑπάρχοντες & subordinati: Vterque enim hic actus de humana natura Christi affirmatur: id quod in ἐν τῆς σαρκὸς fieri nunquam potest. Habet enim caro Christi 1. actum naturalem, quatenus naturalis caro est: qui est actus communis cum omnibus hominibus. 2. actum personalem, quatenus caro τὸ λόγος est, & pars personæ Christi, ut ait Damascenus: qui actus est (ut Augustini verbis utar) mirabiliter singularis, & singulariter mirabilis.

Ad alterum argumentum respondeo: ἀρρητορία est in voce personalis, quam perperam ad personam (exclusis naturis) referi sadeel ut ante dictum est. Nam ut humana natura est unio τῷ λόγῳ personaliter: sic actum etiam personalem habet: non ut persona

147

fit, sed σωδότης personæ pars, ut loquitur Damascenus, & in persona τῆς λόγῃ subsistat. Vocat Damascenus humanam Christi naturam ἑνωτός αὐτῆς, quia ipsa propria personalitate cogens subsistit in persona τῆς λόγῃ. Quare si vox personalis: nunquam referenda est ad naturam, ut contendit Sadeel: sequitur, naturam humanam nunquam subsistere in persona τῆς λόγῃ: non esse unitam personaliter τῆς λόγῃ. Sic argumenta Sadeelæ pleræque omnia non tam contra communicationem idiomatum pugnant, quam contra ipsam etiam unionem personalem.

3. Objicit ἀδόλεξίαν. Nam, inquit, si naturaliter haberet omnipræsentiam, eam aliunde non posset accipere.

Respondeo. Bene, mi Sadeel? Agnoscis ergo ipse oppositionem τῶν naturaliter & personaliter: Quia, quod habet caro naturaliter, non opus est, ut accipiat personaliter. Et contra. Quare quam nobis obiectas ἀδόλεξίαν, ejus vivum exemplum in teipso exhibes. Res exempli illustretur. Caro Christi vivificat. Non naturaliter. Carnis enim natura non est vivificare. Ergo personaliter, id est, per & propter personalem cum λόγῃ unionem.

P. 124.

Repetit superiorem suam τῆς personalis expositionem: quam diximus ad nos nihil pertinere. Accusat autem hic improprietatis: de quo viderint, quorum interest.

2. Distin.

DE COMMUNI IDIOMA. 149
VIII. DISTINCTIO.
Modo majestatis &c.

1. *Sit Sadeel* : Corpus non magis est præ-
sens modo majestatis, quàm majestas mo-
do corporis.

Respondeo. *Vetus* $\kappa\omicron\kappa\alpha\upsilon\sigma\omicron\delta\varsigma$, confun-
dens rem & modum rei : subjectum & quali-
tatem. Accommodet autem Sadeel hanc sophisti-
cen ad suum dogma de sacra cœna : in qua di-
cit Christi corpus esse præsens spiritaliter, id
est præsentia spiritali (repudiata & damna-
ta reali corporis ipsius præsentia, ut alibi osten-
ditur.)

2. Realem præsentiam, inquit, statuunt
sine modo naturali.

Respondeo. Etiam realem unionem sta-
tuimus corporis cum $\delta\omicron\gamma\omega$, sine modo natura-
li. Proh Deum, que nobis reliqua erunt de
Christo mysteria : si in omnibus locum habere
debet modus ille naturalis ? Ex Sadeelis scilicet
sententia, quicquid de humana natura Christi
dicitur, intelligendum est modo naturali.

3. Majestatem aliam facit finitam, aliam
infinitam. Finitam, quæ corpori Christi
subjectivè inhæreat, concedit. Negat au-
tem ei divinam & infinitam.

Respondeo. Etiam vivificatio, emunda-
tio à peccatis &c. est majestas infinita : & ta-
men tribuitur à spiritu sancto carni & san-
guini

guini Christi, Iohan. 6. 1. Ioh. 1. sine ejus vel abolitione, vel conversione in deitatem: qua de re suprâ sapius.

P. 125. Argumentatur: De quibus enuntiantur proprietates five conditiones essentielles, de jisdem enuntiantur ipsæ essentialia.

Respondeo. Explicio assumptionem, distinguendo inter τὸ θεῖον καὶ τὸ ὑποστατικόν. De Christo, quâ homo est, enuntiatur & ei tribuuntur divina proprietates: non quatenus essentielles sunt, id est, toti Trinitati communes: sed quatenus determinantur in persona τῷ λόγῳ. Eodem planè modo, quo natura divina unita dicitur humane: non quatenus natura divina communis est toti Trinitati (sic enim tota Trinitas esset incarnata: quod absit) sed quatenus sub persona τῷ λόγῳ determinata intelligitur. Et modus tum unionis tum cōmunicationis considerandus est: qui est personalis, non essentialis. Unde ratio plana est, cur de humana natura non dicatur, quod sit deitas, omnipotentia, &c. quia scilicet unio non est essentialis, sed personalis. Porro, qualis unio, talis & communicatio est, ex regula Nazianzeni. Suprà etiam aliquid de hoc argumento dictum.

P. 125.
126.

Afert simile de homine.

Respondeo. Corpus sentit, movetur non à se, non ex se, in quantum corpus est: (aliis

et lapides sentirent et moverentur : quia sunt corpora :) sed ab anima propter unionem. Inepitissime autem accommodatur similitudo à Sadeele ad mysterium de Christo : etiam non sine calumnia.

Statuunt, inquit, corpus Christi, ut est corpus humanum in specie, esse finitum &c.

Respondeo. Vbi hoc legisti, Sadeel? Non dicas falsum testimonium. Hoc dicimus : Corpus Christi, quod est τὸ δὲ τὶ, consideratum in suis essentialibus proprietatibus, est et manet finitum, etiam in ipsa unione, in æternum. Illud ipsum corpus est præsens in Ecclesia, sacramentis, medio inimicorum, beneficio unionis hypostatica. Vno verbo : Est alicubi per essentiam : est in λόγῳ per unionem. λόγῳ autem certè locis non describitur aut terminatur.

Incommoda quæ recenset Sadeel, ex nostra sententia minimè consequuntur, sed ex ipsius malitiosa perversione. Verè enim conceptus, natus, passus est Christus. Repetantur quæ à nobis superius dicta sunt. p. 45. 46. &c. P. 126.

Studiosè sectatur ἀμφιβολίᾳ in voce personaliter : de qua supra. Hoc enim discrimen semper manet : Corpus Christi in ipsa unione consideratur vel ex natura corporis, seu proprietatibus essentialibus : vel ex donis unionis. Exempli causa : Corpus Christi, etiam in ipsa unione est in certo loco seu ubi : ratione proprietatis

prietatis essentialis. Illud idem corpus est præsens in Ecclesia & medio inimicorum: ratione scilicet unionis cum $\lambda\omicron\gamma\epsilon\sigma$: ex qua hæc vis promanatur, ut ultra & præter naturam corporis Caro Christi sit omnipræsens. Idem de vivificatione, & alijs.

P. 127. Conatur Sadeel demonstrare pugnantiam in doctrina Ecclesiarum syncerarum, de omnipræsentia Christi, qua homo est, & præsentia corporis ejus in cœna. Videbimus ordine, quas adducit rationes. Monendum initio de vero statu: quem Sadeel pervertit. Negant adversarij, fieri posse, ut corpus Christi sit præsens in cœna dominica, que in his terris celebratur. Rationem addunt: quia sit uno tantum loco, nempe in celo. Quare præsens in terra esse non posse. Huic objectioni à nostris doctoribus opposita est doctrina de omnipræsentia Christi hominis. Quare nos ita proponimus nostram sententiam: Christus corpore suo VULT esse præsens in cœna: quia ipse sic instituit & sanxit. Potest præsens esse corpus: quia per unionem personalem est omnipræsens. Loquor autem de præsentia, qua non tantum velit adesse: sed adesse ad manducandum Christianis, juxta verba: *Edite, hoc est corpus meum.*

Nunc respondeo Sadeelis rationibus.

1. Omnipræsentia generalis est, inquit, ad omnes creaturas spectans. Præsentia cœnæ

cenæ specialis: ad Ecclesiam. Ergò illa hanc non infert.

Respondeo. Distingue inter voluntatem & Facultatem instituentis. Christus, quâ homo, vult adesse cenæ: propter specialem institutionem. Potest adesse, quia omnipræsens. Peccatur illustratio à præsentia Dei generali et gratiosa. Et repetatur status.

2. Propter omnipræsentiam potius dicitur corpus extra panem, quàm in pane.

Respondeo. 1. Repetatur superior distinctio. 2. Tollatur ambiguitas phrasæ: In pane. Ea enim non notat locum: quod sentit Sadeel: sed medium & quasi ὄχημα quoddam corporis Christi. Christus enim in sua cenâ corpus dat manducandum, non sine pane (ut sit in spiritali manducatione, Iob. 6.) sed pane mediantie. Absit hîc localis inclusio, à nostris repudiata, à Sadeele & alijs per calumniam nimis sepe objecta.

3. Rectius diceretur panis in corpore: propter omnipræsentiam.

Respondeo. At vetat Christi institutio, asseverantis de pane benedicto: Hoc est corpus meum. Subinde status consideretur: & adhibeatur distinctio: inter Voluntatem instituentis & Facultatem.

4. Omnipræsentiæ convenit esse extra P. 128. locum, potius quàm in loco.

Respondeo. 1. Panis non est locus cor-

poris: sed medium divinitus institutum, per quod nobis exhibetur. 2. Cum presentia conjungatur manducatio, ut supra dicebamus. Adest enim corpus Christi manducandum. 3. Status repetatur & applicetur argumentum.

5. Calumniam habet de corpore infinito: de qua supra saepius.

6. Corpus non potest esse ubiq; totum: quia non est ὅλος ὅλον, neque simplicissimum.

Respondeo. At est ipsius filij Dei corpus proprium. Vnio ergo personalis largitur eam presentiam: quam dare corporis essentialis proprietatis non poterat. Vbicunque cœna dominica peragitur, distribuitur ibi totum corpus singulis communicantibus. Vt enim integer Christus manet, non divisus, ut agebant veteres, & hic plenus & illic plenus, ita corpus Christi totum, non ejus aliqua particula: cum pane datur singulis vescentibus. Neq; hinc vel naturarum sequitur confusio, vel duo infinita, ut Sadeff somniat. Novit enim hæc, carere omnia Christus, & tamen implere efficaciter institutionem suam & promissionem.

P. 129. 7. Calumnie repetitio est, de inclusione locali corporis in panem. Panis est à Christo institutum medium, quo interveniente corpus dat suum manducandum: non est locus, in quem corpus Christi includatur. Vtinam cesset tandem calumniandi libido?

attendatur distinctio voluntatis & facultatis & res tota expedita est. Causa presentia corporis in cena sunt verba institutionis. His enim Christus declarat & spondet, velle se presentem adesse, & dare corpus suum manducandum. At potest etiam id prestare? Sadeel enim negat, contendens proprietates corporis id non ferre, ut sit simul in caelo, & in cena, quae in terris celebratur. Quare altera causa est unio corporis cum λόγῳ ὑποστατικῇ. Hinc enim facultas & δύναμις illa est, ut possit corpus Christi praesens in cena statui, & exhiberi manducandum. Breviter: Christus corpore suo in cena praesens esse vult, quia sic instituit: potest, quia est omnipotens & omnipraesens.

Ait ridiculum esse: Est omnipraesens: Ergo potest esse hic vel ibi.

Respondeo. Ridiculum est in cerebro Sadeelis. At de ipso Deo rectissime sic argumentamur. Deus est omnipotens: Ergo & potest mihi succurrere. Est omnipraesens: Ergo & mihi potest adesse suo auxilio, ubi opus erit. Confer praesentiam Dei generalem & gratiosam. Poterant haec omnia fusius tractari & accuratius: sed nos hic tanquam indice digito tantum attingere volumus errorum Sadeeleorum capita: nec dubitamus affirmare, pleraque puerilia commenta esse, quae de hoc negotio Sadeel in P. 131. medium attulit: quamvis ipse magna iactantia, in his tantum non triumphet.

CAPUT IV.

DE OBJECTIONIBUS
eorum, qui dogma Ubiqui-
tatis tuentur.

Antequam ad examen responſionum Sadee-
learum accedamus: monendum eſt genera-
tim, Sadeelem pro ſuo ſepe arbitrio ſyllogiſmos
proponere, qui non ſunt eadem forma à ſynce-
ris doctribus noſtris comprehenſi. Quare in iſ-
ſatis erit nobis ipſam materiam conſideraſſe, et
ſibi videbitur, commodiore forma collegiſſe.
Et qua à Sadeels paſſim conſuſa attextur:
Ergo corpus Chriſti eſt ubique. Ea ſepe non
pendet ex ipſo argumento, quod tractatur in
premiſſis: ſed illud vel hypotheſi niſitur ad ver-
ſariorum, vel mediata adhibetur ad omnipre-
ſentiam demonſtrandam, vel objectioni cuiſpi-
am opponitur. Qua de re ſpeciatiſ ſuis locis
videbimus.

Aggredimur nunc reſponſionem primam,
ad argumentum ductum ex ipſa unione perſo-
nali.

Proponit Sadeel ſyllogiſmum triplicem,
quem ordine examinat. Nos hoc ſyllogiſmo rem
totam comprehendimus: propoſita definitione
Apoſtolica unionis perſonalis. Unio perſonalis
eſt qua d̄ λόγος in habitat in aſſumpta natu-
ra humana ſωματικῶς, tanquam in proprio
L 3 corpore

corpore sive templo. Coloss. 2. Unde sic conclu-
do. Vbiunque est δ λόγος, ibi inhabitat
humanam naturam assumptam. Atqui
 δ λόγος est ubiq; : Ergò ubique inhabitat
humanam naturam assumptam : Et per
consequens : Humana Christi natura est
ubiq; cum λόγος præsens. *vel sic* : Quod u-
bique inhabitatur, illud ipsum etiam est
ubique. Atqui humana Christi natura ubi-
que inhabitatur : nempe à λόγος. Ergò hu-
mana Christi natura est ubique.

P. 132. Respondet Sadeel : 1. Esse ἀγνοῦν ἐλέγ-
133. χος. Quia particula : Est : aliter de Deo
accipitur : aliter de creaturis. Quod probat
prolixè : sed præter rem. Nemo enim sanus id
negat. Nam nos supra eam ipsam ob causam
tam accuratè distinximus inter τὸ essentialē &
τὸ personale. Cum natura humana Christi dē-
citur esse omnipræsens : ibi τὸ esse intelligitur
non essentialiter, sed personaliter : id est. Natu-
ra humana Christi non est omnipræsens ex es-
sentia infinitate, ut Deus : sed ex personali u-
nitione cum λόγος. Id quod exemplo vivificatio-
nis elegantissimè demonstratur. Deus est vivi-
ficus : caro Christi est vivifica. Vox : Est : in
priori propositione essentialiter sumitur : quia
Deus per essentialitatem est ipsa vita. In posteriore
sumitur personaliter : quia caro cum vivifico
λόγος personaliter unita est : non autem est per
essen-

essentiam ipsa vita. Ex ipsa etiam unione res
 haec est quam clarissima. Verbum est factum
 caro: inquit Evangelista. Quod dictum absit, ut
 de essentiali aliqua conversione intelligamus, ut
 supra vidimus. Deus est homo. Homo est Deus.
 Particula: Est; intelligitur non essentialiter,
 sed personaliter. Nec enim essentia Dei in hu-
 manam naturam conversa est: aut vicissim: ab-
 sit, sed quia in λόγῳ assumpta est natura hu-
 mana, facta q̄ una cum λόγῳ persona: hinc
 adeo fit: ut Deus sit homo, & homo Deus: qua
 de re postea suo loco fusiùs dicendum erit. Patet
 autem hinc verum esse, quod annotavimus, &
 necessariū discrimen inter τὸ ἐστὶν & τὸ ἔχειν
 ὑποστᾶντι ἰσὺς: quo neglecto Sadeelis responsio
 recta esse non potest.

Tollantur insidia Sadeelis, conjungentis haec P. 133.
 duo: realiter & essentialiter: quae in unionis
 negotio sunt accuratissime distinguenda. Unio
 realis est: essentialis non est. Communicatio re-
 alis est: essentialis non est. Quod supra aliquo-
 ties annotavimus.

Ejus solius est omnia continere & P. 134.
 sustentare, cujus est omnia creasse: inquit
 Sadeel.

Respondeo. Eadem distinctio adhiben-
 da est, de qua jam diximus. Christus enim quā
 homo, jam est dominus caeli & terra, potenter
 gubernans & administrans totum universum:
 Psal. 2, Heb. 1, Matth. 28, 1. Cor. 15. conser-
 vat

vat Ecclesiam, reprimit conatus bestium &c.
 Omnia illa, inquam, Christus, quã homo, habet
 & potest, non ex essentia humana viribus, sed
 beneficio unionis & sessionis ad dextram patris.
 Vide etiam Iohan. 2. c. miraculum conversa
 aqua in vinum. Mutare enim formas natura-
 rum: idem creare est. Consideretur etiam re-
 generatio. Nam & illa creatio est &c.

P. 135.

Concludit: Humana natura Christi nos-
 quam est nisi sustentata: quandoquidem à
 λόγῳ sustentatur. Non est igitur ubique.
 Atque hoc connexum affirmat esse ὁ ἄλλοτε.

Respondeo. 1. Ambiguitas removeatur
 in voce sustentari. De omnibus enim creaturis
 verum est, quod à λόγῳ conservantur & su-
 stentantur. Act. 17. Coloss. 1. Heb. 1. Humana
 autem natura Christi sic dicitur à λόγῳ gestari
 & sustentari, ut sit cum eo unum ἕπιστάμενον:
 quod affirmari de natura alia nulla debet aut
 poterit. 2. Humana Christi natura sic à λόγῳ
 sustentatur: ut in ea carne, & cum ea, & per
 eam λόγῳ sustentet cælum & terram. Nam
 & juxta carnem Christi est Dominus, in manu
 habens potestatem omnem in calo & in terra,
 Psal. 8. Matth. 28. Quare caro Christi susten-
 tatur, ratione λόγῳ sustentantis. Et est susten-
 tans ratione creaturarum. Vide Iohan. 6. c. de
 carne Christi, vivificante & sustentante ad æ-
 ternam vitam. 3. Consero hæc: Caro susten-
 tatur à λόγῳ: & λόγῳ habitat in carne. Vt

enim in carne λόγος & inhabitat ubique: sic & carnem sustentat ubique: & caro ubiq; sustentatur. 4. Distinctio animad vertenda est. λόγος sustentat creaturas omnes, quia essentialiter Deus est. Caro Christi sustentat creaturas, quia cum DEO λόγος una persona est. Omnia hæc suis locis fusius explicata & demonstrata sunt. Ac judicent hinc piæ mentes, sitné tam ἀδοτορ argumentum, quàm Sadeel jactitat.

2. Dicit peccari παρὰ τὸ ἐπόμενον. Nec enim hæc esse consecratoria. Unio personalis est inseparabilis: Ergò ubicunque est ὁ λόγος: ibi est humana natura.

Respondeo. At nos urgemus hoc: Tota persona Christi constat divina τῷ λόγῳ, & humana natura: quorum neutra facit totum Christum: sed utraq; natura conjuncta seu unita Christus est: & Christus est divina τῷ λόγῳ & humana natura unitæ. Ita enim Damascenus lib. 3. cap. 19. Dæ nature unitæ sunt una persona Christi incarnati. Et Christus incarnatus dæ illæ nature personaliter unitæ sunt. Nazianzenus de duabus Christi naturis ait: Ἰῆσους ὁ αἰς, καὶ ἄπερ. Quare λόγος extra carnem, seu sine carne non est Christus incarnatus. Leo ait: Hac fide vivit Ecclesia, hac proficit, ut nec sine vera humanitate credatur divinitas, nec sine vera divinitate credatur humanitas. Qui enim fingit se habere deitatem nudam à corpore, Anathema sit.

Ait

Ait Sadeel ex Scholasticis : Quoties eorum quæ uniuntur unum excedit alterum non procedere argumentum de inseparabilitate.

Respondeo. *Vide Sadeel an tuus fies promissis, de Deo non quanto. Innuis enim τὸν λόγον magnitudine seu mole essentia excedere humanitatem. Nam eum in finem hoc ex Scholasticis adducis : ut probes scilicet humanam naturam non esse ubicunq; ὁ λόγος est. Similitudines vestrae eleganter id confirmant : de annulo & gemma : de orbe & planeta : de Oceano & Antwerpia. Infrà ipse usurpas simile à capite & pedibus, sicut videbimus.*

Castigat vocem : ubicunq; : quia inferat præsentiam τῶν λόγων per partes.

Respondeo. *At id minime rarum est in scripturis, ut de Deo loquantur ἄνθρωποι καὶ θεοὶ id est, more humano. Et Deus descendere dicitur, & ascendere, & manere, & abire, & ejusmodi plurima : ut mirum videri homini cordato possit, quid moverit Sadeelem ad ista reprehendenda.*

P.136.

Repetit argumentum de proprietatibus in unione remanentibus.

Respondeo. *elenchus est oppositorium. Contradictoriè enim opponuntur à Sadeele proprietatum in unione conservatio : & earundem communicatio : ut posita illa hæc tollatur : & hæc concessa, perimatur illa, At spiritus sanctus*

Orthodoxa vetustas unionem personalem sic nobis descripsere, ut unio personalis sit cum communicatione, non, ut sit illi ἀνιφαικώς opposita. Qua de re quæ supra sæpe dictum est, non est opus, ut hic prolixè repetamus.

Objicit: Hodie mecum eris in paradiso. Fuit autem corpus Christi ad tertium usque diem in sepulchro. Ergò &c. P. 136. 137.

Respondeo. 1. Distingui inter statum exinanitionis & exaltationis. 2. Discrimen etiam tenendum est inter presentiam humanæ naturæ ratione τῆς λόγῃς, & creaturarum λόγῳ enim ἀδιατάτως ἢ ἀστατάτως adest corpus & anima Christi, etiam media in morte: ut supra fuit pie vetustatis testimonijs confirmatum. Quare hic nihil est, quod tantillum juvare Sadeelis opinionem possit.

Similitudine vititur à luce solis. Negat ubique sit lux solis, ibi quoque esse ejus corpus. P. 173.

Respondeo. 1. Pervertitur similitudo contra veterum Patrum mentem, ut infra monstrabimus. 2. Nec distinguit Sadeel inter lucem & lumen. Veteres, Justinus & alij, loquuntur de luce primogenia, quæ cum solari corpore unita lucet per & in corpore solis: absque ulla vel conversione, vel confusione: Sic λόγῳ, inquit, lucet per assumptam humanam naturam &c. Neque verum est, lucem esse extra corpus solis. Sed ubique corpus solare est.

est, ibi lux etiam illa unita est. Lumen quidem spargitur à sole per aerem: at lux manet in corpore solari. Quod ex doctrina Optica plenius licet cognoscere.

Visionem ait Sadeel longius porrigi, quam oculum.

Respondeo, Visionem fieri in oculo, rationibus, qui ex Physicis & Opticis excellentioribus sunt, hactenus docuere. Certe astra in caelo intuemur, nec tamen visio nostra in caelo est, (quis enim istuc posset radios visivos penetrare?) sed astrorum species ad oculos nostros perlatæ, apprehenduntur ab oculo & spiritibus opticis, ut per eas ipsa videantur. Consule Alhazenum & Vitellonem, & alios.

Caput & pedes etiam affert Sadeel ad illustrandum mysterium unionis. Neq; tamen, inquit, ubi est caput, ibi sunt pedes.

Respondeo. Quidni potius corpus ad animam adferi? ferrum & ignem? quibus similibus erudita antiquitas usa est, verum hæc male congruunt ad opinionem Sadeelis. Non tantum igitur hæc non utitur, sed & rejicit, sicut infra apparebit. An verò caput & pedes persona sunt Sadeel? Et rectè tamen dicitur ratione totius hominis: ubi sit caput, ibi & pedes esse. Ratione totius, inquam, non ipsarum partium. Quandiu enim caput & pedes vere partes manent corporis: tandiu non sunt diuisa & distracta, sed conjunctissima communi spiritu & vinculo

vinculo humani corporis : ad quod alludit Apostolus Rom. 12. 1. Corint. 12. *Infrà pag. 139.*
 ita Sadeel : Vbi est totum corpus : inquit, sibi ipsi
 contradicens, ibi est quoque totum corpus : alio-
 qui non jam esset corpus.

Castigat phrasin : Humana natura as- P. 137.
 sumpta est à λόγῳ in unitatem personæ : 138.
 quia possit in errorem inducere.

Respondeo, 1. Veritas in errorem indu-
 cere potest neminem. 2. Calumnia est affingere
 synceris doctoribus impiam ejus phrasin os in-
 terpretationem : scilicet Humanam naturam eò
 expectam esse, ut sit idem quod λόγῳ. Nam
 hæc sunt quàm diversissima : Assumi in unita-
 tem personæ λόγῳ : Et, esse idem quod λόγῳ.
 Sed calumniare audacter, semper aliquid hæret,
 ajebat ille.

Distinctionem inter unitatem & unio- P. 138.
 nem non repudiamus : quanquam vidēo vete-
 res non ita strictè observasse. Nam Cyrillus con-
 junxit ἡσπῖαν τὴν ἐνωσιν καὶ ἐνότητά : cui ab-
 sut ut tribuamus naturarum in Christo confu-
 sionem. Decet autem nos cautè loqui de tantis
 mysterijs. Quare affirmamus : Unionem esse na-
 turarum : Unitatem personæ : sic tamen ut ipsa
 unio personalis dicatur & sit, quia ad unam
 personam naturæ duæ concurrunt.

Distinguit inter totum Christum : &
 totum Christi. Querit : Annon totus Chri-
 stus sit Deus ? totus Christus sit passus.

M

Respon-

Respondeo. 1. *Christus & verus Deus est, & verus homo est. Non totus est Deus, non totus est homo: sed homo Deus, & DEVS homo, Θεὸς ἄνθρωπος &, Immanuel. Augustinus tractatu 23. in Iohannem: Accipe totum Christum, inquit, Verbum, mentem rationalem, & carnem. Hoc totum Christus est. Idem tractatu 47. in Iohannem: Totum ibi intellige, & Verbum, & animam, & carnem.* 2. *An totus Christus sit passus, respondet Apostolus: Christus passus est σαρκί, secundum carnem seu carne.* 1. Pet. 4. *Quod attinet Damascenam ex quo Lombardus hanc locutionem desumpsit, eius verba sunt hæc ex lib. 3. cap. 6. de Orthodoxa fide: Christus ὁ Θεὸς DEVS, ὁ ἄνθρωπος, totus non totum. Hoc enim naturam, illud personam significat. Ea commodè sic accipio: Christus est totus Deus, id est, non aliqua Dei particula, sed Deus verus, totus, integer, perfectus. Christus est totus homo, id est, non solum corpus humanum absq; anima, sed totus, verus, integer, perfectus homo. Ut vox: totus referatur ad predicatum, non ad subjectum propositionis. Nolo autem ad vivum refecare verba Damasceni. Ex qua verò scriptura suam profert sententiam Sadeel? Ex doctis Theologis, inquit. At docti illi Theologi non sunt vel Apostoli, vel sancti vetusti Patres, Ideoq; qua facilitate eam extra scripturam asserit Sadeel, eadem à nobis rejicitur, Sed tamen addamus nonnulla de nova*
ista

ista distinctione. Primum Lombardus ita loquitur:
 Christus totus & perfectus ubique est: non autem
 totum Christi. Lib. 3. sentent. distin. 22. Damascenus
 quidem lib. 3. c. 6. & 7. ait, vocabul. ὅλον
 σημαίνει τὴν φύσιν, ὅλον δὲ τὴν
 οὐσίαν. Non autem attexit id quod Lombardus
 adiecit. 2. Lombardus ibidem subiicit, quod
 Christus non ubicunque est: homo sit, nec ubi-
 cunque est, unius sit homini sive assumptæ natu-
 ræ humanæ. Dissipiat itaque Sadeel, an & hoc
 concedere velit cum Lombardo: aut, si non as-
 sentiatur (quod verba ipsius præ se ferunt)
 quomodo refutare possit, salvo isto discrimine
 inter totum & totum. 3. Durandus ex præse
 negat, Christum totum fuisse in sepulchro: idque
 probat ratione firmissima ex Nazianzeno &
 Damasceno: quia personæ Christi incarnati qua-
 si paries sunt natura τῆς λόγῳ divina & huma-
 na natura unitæ. 4. Lombardus ipse hoc su-
 um pronuntiatum, non opposuit præsentie cor-
 poris Christi in cæna: id quod facit contra Lon-
 bardum Sadeel. 5. si vox Totum: naturam
 notat: notabit & divinam naturam, & huma-
 nam: non humanam naturam solum, ut vult Sa-
 deel. Exempli causa: Totum Christi non est
 ubique: Quidni verò etiam sic? Natura divina
 non est ubique. Totum enim naturæ nomen est
 juxta Sadeelem, non sigillatim humanæ, sed ge-
 neratim, humanæ & divinæ. Sed de hoc ni-
 mis fortasse multa. Christus enim non est totus

sine humana natura, ait ipse Sadeel, pag. 140.
 Et Christus est nomen personæ, quæ duarum natura-
 rarum unionem hypostaticam significat, ait
 ibidem idem. Unde ego conficio: Si Christus
 totus est in terris præsens: Et Christus non est
 totus sine humana natura: Ergò non est in ter-
 ris sine humana natura præsens.

P. 139.

Imputat nobis crassam quandam parti-
 um compositionem in unione.

Respondeo. Assume de te, Sadeel, & ve-
 rum concludes. Similitudo tua de capite & pe-
 de illud testabitur: & tuorum sociorū, de pla-
 neta & orbe, de Oceano & antwerpia. Nos ita
 proponimus: Ut anima non est extra corpus,
 quin solvatur unio: sic caro Christi non est ex-
 tra λόγος, nec λόγος extra carnem, quin unio
 dissolvatur. Atque hæc non est crassa partium
 compositio, vel situs, vel exterior τάξις, ut tu
 vocas: sed unio intima, admiranda, ἰξούρητος,
 μονότροπος, cujus tamen quasi imaginem
 quandam videmus in unione animæ & corpo-
 ris humani.

Ait de nobis: Ita differunt, ac, si huma-
 na natura esset in λόγος tanquam in vase.

Respondeo. Apagesis istam calumniam;
 unionem personalem definimus inhabitatione
 τῆς λόγος in carne. Coloss. 2. & subsistentia car-
 nis in persona λόγος Ioh. 1. Quaeso te, quid simili-
 le esse potest in hac nostra sententia isti tam
 monstruoso figmento de λόγος tanquam vase?

Μεγα-

Negamus in λόγῳ locum omnem & localitatem : & fingamus λόγῳ esse vas, cui inclusa caros sit ? Profectò ejusmodi atroces calumnie locum habere non debent in animo veritatis cœlestis studioso : qualem quidem Sadeelis animum propria præfatio valde commendabat.

P. 140.

Repetit observationem πειγὶ τῆς esse.

Respondeo. Falli Sadeelem & fallere. Probo : λόγῳ est vivificus. Caro Christi est vivifica. τὸ Est de λόγῳ essentialiter : de carne personaliter accipitur. Accurate a nobis observatur discrimen illud, contra quam putat Sadeel.

Personalis unio separationem naturarum non admittit, ait Sadeel.

Respondeo. Infero ergò : Divinam naturam τῆς λόγῳ non esse extra carnem. At Sadeeli humana Christi natura tantum uno loco est : in cæteris omnibus separata est à divina λόγῳ natura. Atqui ita jam humana natura tantum in cælo unita est λόγῳ : in terris unio nulla est. Quod quidem Lombardus ex hac inter Totus & Totum, distinctione conficit : Sadeel non audet profiteri. At sequitur tamen ex ipsius opinione.

Concludit : Quæcunque prædicantur de Christo : de toto Christo prædicantur.

Removeatur ἀμφιβολία τῆς Totius, 2. Distinctio animæ a vertatur naturarum, 3. Repetantur, quæ paulò ante allata sunt ex Augustino.

M. 3.

Objicit:

P. 141. *Objicit*: Non observari πῆ καὶ πῶς καὶ ὁσάυτως.

Respondeo. λόγος est vivificus. Caro λόγος est vivifica. Annē hic observatur discrimen inter Totus & Totum. καὶ πῆ καὶ πῶς καὶ ὁσάυτως? Si observatur hic: Ergo & in reliquis ejusmodi. At si neq; hic observatur: Ne ergo Christo & Ephesino concilio, ne à Sadeele ferulâ Logicâ castigentur.

Ait Sadeel: Ex negatione proprie non nasci affirmationem.

Respondeo. Quid fiet igitur contrarij immediatus? Quæ vis erit contradictionum ex parte negantē? &c.

Notande insidie Sadeelis, in voce: sine. Humana natura non est mortua sine Deitate. λόγος non est omnipræsens vel æternus sine humana natura, inquit Sadeel.

Respondeo in summis illis mysterijs quam diligentissime omnis vitanda est ambiguitas. Debebat itaq; Sadeel loqui perspicue & candidè. Christus est mortuus secundum carnem. Deitas mortua non est. Neq; tamen illa absit in morte: quia unio personalis dissoluta non est. Confer: tō non sine deitate: & tō cum deitate: quæ duo idem notant. At nemo dicat: Humana natura mortua est cum deitate: sicut ipsi deitati iribui mors videatur: sed sic: Humana nature morienti deitas λόγος personaliter unita mansit. Quod addit Sadeel: λόγος

non est sine Humana Natura vel omnipræsens vel æternus: 1. insidia sunt in copulatione omnipræsentia & æternitatis: quæ de re sæpè supra monuimus. 2. Confusio est in tempore, ante unionem, & post unionem: quæ quidem oritur hinc, quod λόγος dixit Sadeel, eum rectius Christum dixisset: λόγος enim personæ secundæ nomen est, etiam ante incarnationem factam: Christus enim utriusque naturæ significativum est, affirmante ipso Sadeele 3. Valde ἀνώγει dicitur: λόγος non est æternus sine humanitate: quod omnes facile vident. Repudiatis ergò ejusmodi strophis & eoluburnis, aperte & clarè respondeat: An, cum λόγος tam in terris sit, quàm in cælo, præsens et adsi: assumpta humanitas non minus in terris, quàm in cælo simul? Illustremus exemplo, Elias est τὸς λόγος præsens in cælo. Et verè tamen dico: quòd λόγος sine Elia, sit præsens in terris. Quod de Christi humana natura dicere nefas est. Intelligitur ergò hinc, quæ fraus subsit pbrasibus Sadeelis. Quamvis autem fateatur: λόγος in terris non esse sine assumpta humana natura: Negat tamen expressè, & argumentis astruere molitur, humanam Christi naturam in terris non esse præsentem. Breviter: τὸ sine notat absentiam: τὸ non sine notat præsentiam. λόγος adest Ecclesie non sine carne sua: id est, etiam caro unita λόγος adest Ecclesie.

Ait: $\lambda\acute{o}\gamma\omega\varsigma$ semper & ubiq; est sustentans humanam naturam.

Respondeo. Concludo hinc, ergò natura humana est ubique sustentata. Ac proinde cum $\lambda\acute{o}\gamma\omega\varsigma$ est ubique. Qui enim asserit, humanam Christi naturam esse tantum in cælo: Idem cogitur affirmare, tantum in cælo sustentari eam. Sustentari enim aliquid ibi, ubi non est, ne fando quidem auditum est. Quare humana Christi natura ubique est: quia ubiq; à $\lambda\acute{o}\gamma\omega\varsigma$ sustentatur. Vt res sit clarior, confer creaturas alias: quæ sanè omnes sustentantur à Deo: sed sustentantur suis quæq; locis, non ubiq;. Quia ibi sustentantur, ubi vivunt: non sustentantur, ubi non sunt.

P. 142. Incommoda urget: Si totus Christus non est sine deitate: Et totus Christus resurrexit. Ergò & deitas resurrexit, à $\delta\epsilon\acute{\iota}\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$.

Respondeo. Id sequitur ex fundamentis atque hypothese Sadeelis: non ex sincera sententia. Non enim rectè dicitur: Christus est totus mortuus: sed sic: Christus est mortuus $\sigma\alpha\sigma\alpha\iota$ carne, ait Apostolus 1. Pet. 4. Ergò & resurrexit secundum carnem.

Demò ludit in voce personaliter, quam negat dici posse de natura. Vide suprâ p. 8. distinctio animadvertenda est in præsentibus. $\lambda\acute{o}\gamma\omega\varsigma$ omni-⁹esens est: per essentiam, quæ infinita est. Humana Christi natura omni-⁹presens

sens est per & propter unionem cum omnipræsente λόγῳ personalem.

Aut: peti principium.

P. 143.

Respondeo. Minime: sed pervertit statum Sadeel & mentem argumenti: cujus omnis vis dependet à definitione unionis personalis, quæ διάσκασις & separationem, non ferre potest: id quod paulò antè ipse Sadeel confessus est. Non igitur opus erat fucata ista reprehensione.

De voce ubicunq; antè respondimus: per *ἐν παντοπόλει* intelligi: cujus rei sexcenta possunt ex scripturis exempla depromi, ut vanus sit, qui velit negare.

Similitudinem animæ attingit. Anima *πᾶσι* semper præsens capiti: nec propterea necesse est, ut caput sit ubiq; in corpore.

Respondeo. Anima & caput non constituunt personam: sed anima & corpus unita. ergò: quemadmodum anima non est extra suum corpus, quandiu manet unio: Ita λόγῳ nunquam & nusquam extra suam carnem: inquam templum.

Verbum habere naturam assumptam *πανταχού* ubique secum præsentem: aut Sadeel: Verisimilimum esse, sed nihil facere ad omnipræsentiā carnis.

Respondeo. Ut pateat Sophistica, asseramus exemplum. λόγῳ habet Eliam ubicunq; secum præsentē. Annū verum hoc Sadeel:

Neque ego & pernego. Et causam, cur negem, addo hanc. λόγος, qui ubique est, presentem habet sibi Eliam, ubique est: (utendum enim est hac voce ex scriptura: quando de presentia Dei sermo est) sed non habet Eliam λόγος secum presentem ubique. Vim enim istius vocis secum perpendo: quæ ex ἐν αὐτῷ magis etiam cognoscitur, hoc modo: Elias cum λόγος est ubique. Quare λόγος presentem habet sibi Eliam ubique: quia λόγος presentia sunt omnia: sed non habet secum presentem ubique. At de humana natura Christi sic vere affirmo: λόγος assumptam naturam habet & sibi, & secum presentem ubique, sibi: quia λόγος infinitus: secum: quia cum assumpta natura una persona est. Repetenda etiam hic differentia est inter presentiam ratione τῷ λόγῳ, & creaturarum, illa ex unione immediate dependet: ad hanc vero propter interjectam exinventionem, exaltatio etiam requirebatur, quemadmodum suo loco diximus.

P. 247.

In examine syllogismi tertij Sadeel prolixus est. Sit, 1. esse ἀρνοίει ἐλέγχει: quia à presentia traducatur sermo ad substantiam. Atqui modus substantiæ, inquit, non est modus presentiae.

Respondeo. Ne sit opus longiore sermone, respondeo ipsis Sadeelis verbis supra p. 32. Causa substantiæ, inquit, est etiam causa existentia & realis presentiae. Et pag. 105. Habet

bet unaquodq; res suum modum & sibi conveni-
entem. Quae si conciliaverit Sadeel, miraber
hominis subtilitatem.

Nomo, ait, dixit carnem Christi omni-
substantem: cum tamen omnes dicant
omnipraesentem.

Respondeo. Et nemo dixit λόγος omni-
substantem: & fatentur tamen omnes omni-
praesentem. Accipit autē a λόγος humana natu-
ra, quicquid est ejusmodi. Quare cum de λόγος
id non dicatur, multò minus de carne debet.

Nota distinctionem praesentiae 1. Re. P. 147.

specu persona verbi, 2. Respectu creaturarum:
quum Sadeel hic proponit. Alibi unicā praesen-
tiam localem illam, admittit & urget. Vide p.
31. 32. At profectò praesentia humanae naturae,
respectu λόγος localis non est, nec esse potest, nisi
& unionē dixeris localem, quod absit. Ceterum
quod rem ipsam attinet: considerandus est sta-
tus exinanitionis et exaltationis. In exinaniti-
onē caro ubiq; praesens erat τὸ λόγος, ut extra
& sine carne λόγος nusquā esset: sed non erat
ubiq; praesens creaturis, quia nondū exaltata per
ascensionē ad dextram Dei, et plenam gubernationem
caeli & terrae. Postquam verò in caelum
erecta est, & consedit ad dextram majestatis et
potentiae Dei, accepta omni potestate in caelo &
in terra: praesens jam humana Christi natura
non tantum λόγος, sed & creaturis, regit &
gubernat caelum & terram, subjectis sub pedibus
omni-

omnibus, Matth. 28. Pſal. 8. Heb. 1. 1. Cor. 15.
 Hujus vero exaltationis fundamentum est ipsa
 personalis unio, ut alibi fuſius exponitur. Qua-
 re hic Sadeeli diſtinguenti hanc duplicem præ-
 ſentiam in memoriam re vocamus verba ſuperi-
 ora p. 23. Hoc loquendi genus, inquit ibi Sa-
 deel, verbum non habuiſſe carnem præſentem
 creaturis: eſt ejuſmodi, ut nunquam explicari
 nec intelligi poſſit. Nimirum factus hic eſt ſapi-
 entior Sadeel, ut & bene intelligere valeat, &
 eleganter explicare id, quod ſuprà tam erat non
 ſolum explicatu & intellectu difficile, ſed etiam
 ad uerborum.

2. *Ait tolli rationem unionis: quæ conſi-
 ſtat in conuerſatione proprietatum.*

Reſpondeo. Ratio unionis eſt: tum ut ſer-
 ventur proprietates, tum ut communicentur.
 Somniat Sadeel unionem abſque communicati-
 one. Imò ἀντιφαικῶς hanc illi opponit. Vide
 ſuprà.

3. *Arrodit phraſin: Caro Chriſti eſt aſſum-
 pta in perſonam Verbi.*

Reſpondeo. At ſic in ſymbolo ſuo Atha-
 naſius, de unione: Eſt, inquit, aſſumptio hu-
 manitatis in Deum. Vide ſuprà.

P. 147. 4. *Absurda colligit: Sequeretur carnem
 148. Chriſti non eguiſſe tempore ad ſui ſubſi-
 ſtentiam: non eguiſſe utero Virginis, ut
 conciperetur.*

Reſpondeo eſtſi tum de loco, tum de tem-
 pore

pore supra dictum est; placet tamen hic attentius considerare, quæ à Sadeele proferuntur. Consentimus in his: Vnio facta est in tempore: & in utero Mariæ virginis. Dissensio hic est: Vtrum humana natura Christi jam, in statu majestatis, sit subjecta temporis & loco. Affirmat Sadeel, nos negamus. Ratio nostra negationis duplex est, tum, quia in cœlesti vita neque loca sunt, neque tempora Physica, tum, quia Christus secundum Humanam Naturam constitutus est Dominus omnium, ubi exceptum est nihil, præter eum, qui subjecit ipsi 1. Corint. 15. Non ergo tempus & locus dominantur Christo, sed ipse illis dominatur & præest. Conirà argumenta Sadeelis hæc sunt. Vnio facta est in tempore, & in utero Mariæ, tanquam loco, Ergo non est caro Christi vel lupra vel extra locum & tempus.

Respondeo 1. Confusio est exinanitionis & exaltationis. Vtrum enim non sequitur: Cum pendebat Christus in cruce, non gubernavit mundum secundum naturam assumptam: Ergo neq; jam gubernat post exaltationem ad dextram majestatis. Eodem modo non valet: Christus secundum carnem subjectus fuit loco & temporis, in statu exinanitionis: Ergo & in statu gloriæ illis subjectus est. Quin potius jam ipsi sunt subjecta omnia, ut antea Apostolus loquentem audivimus. 1. Corint. 15. 2. Neq; negamus tamen, posse Christum, quandocunq; & ubicunq;

ubicunq; voluerit, certo loco & tempore, corpore suo se presentem statuere: quemadmodum Paulo apparuit in via Damascena. et in castris: item Stephano: quomodo etiã in extremo die in nubibus se conspiciendum exhibebit. 3. Consecutio planè infirma est. Applicata enim ad ipsum λόγος, & vide quid concludet. λόγος certo tempore factus est homo, & certo loco. ante annos nimirum 1592. in utero Mariae uenit. Ergo λόγος non est extra & supra locum & tempus. Αδ λόγος. Quod si dicat Sadeel λόγος propter essentialia infinitatem esse extra locum & tempus: Respondeo ego, idem de humana natura Christi verum esse propter personalem unionem & exaltationem ad dextram maiestatis & potentie diuinae. Quae enim omnipresentia τὸ λόγος essentialis est: ea ipso Christo secundum carnem compeit personaliter, id est, per & propter unionem personalem, & quae hanc consequitur exaltationem.

Recitat Sadeel tanquam absurdum, Carnè Christi non eguisse tempore ad sui substantiam, hoc est, non coepisse subsistere.

Respondeo, Distingue tempora & conciliabis scripturas. Caro Christi certo tempore cepit subsistere in λόγος ante annos 1592. sed quaeritur nūm, postquã assumpta est in λόγος, tempore egeat ad sui substantiam, id est, ut iam subsistat in λόγος persona. Hic verò circumstantia

stantia temporis ab ipsa re ἀνεξαρτήτως discernenda est. Vt enim λόγος subsistat, opus habet nullo vel tempore vel loco: quod absit, ut cuiquam neget. Iam quæ est τῆς σαρκὸς ὑπόστασις, eadem carnis Christi est, asserente ex Patribus Damascene. Vna enim persona Christi est, in qua nature duæ. Quare ad ipsam carnis in λόγῳ subsistentiam nihil quicquid facit vel locus vel tempus: quia hæc persona & loco exempta est omni & tempori. Nec sequitur tamen inde: Carnem Christi æternam esse vel infinitam. Ratio: quia certo tempore in initium habuit ipsa unio. Quod ipsam placet exemplo declarare. Omnipotentia diuina communicata Christo est secundum carnem. Matth. 28. & alibi, quæ omnipotentia & æterna est, & infinita est: qua iam locorum & temporum διαστήματα non est subiectus Christus, sed is imperat & dominiatur. Hic si quis velit argumentari, Christus, quæ homo, per omnipotentiam suam est extra & supra locum & tempus: ergo, quæ homo, æternus est. Respondeo: ἀναλόγησθε. Non enim ab æterno, sed certo tempore accepit hanc omnipotentiam. Eodem modo non sequitur: Caro Christi subsistit in persona λόγῳ absq; loco vel tempore: ergo caro Christi æterna est. Causam dixi, quia hæc substantia, ratione carnis, certum habuit initium. Semper enim sit in conspectu discrimen, inter ea, quæ caro habet essentialibus proprietatibus, & quæ illi ex unionis beneficio

nesicio communicantur : Ne quis calumnietur
 (quod solenne est nonnullis) negari ipsam car-
 nis substantiam, ista assertione divinorum Idio-
 matum ipsi attributorum. Etenim hæc in scho-
 la Spiritus sancti sunt argumenta consentanea
 (non ἀντιφατικά, ut somniat Sadeel) Carnem
 Christi retinere suam essentiam, & essentielles
 proprietates : Et, ditari ἰδιωματικῶν & ἀνε-
 γεικῶν divinīs. Vtrumq; nititur firmissimis tes-
 timonijs. Sed pergamus ad cæteras Sadeelis re-
 sponiones.

P. 149. 5. Complexio non respondet promissis,
 inquit. Iterum arguit de loco & tempore,
 Si caro est extra tempus : Ergo æterna est.

Respondeo. Dictum jam est, quantum sa-
 tis esse videbatur, de eo argumento, quare sit
 ἀναιόλητος. Et quod Sadeel cavillatur de om-
 missa mentione temporis, ad id quoque respon-
 sum est. Nos enim conjunximus & locum &
 tempus, annotatâ causâ, cur non sequatur :
 Caro Christi est extra tempus, Ergo æterna est.
 Est extra locum, Ergo infinita est. Neque enim
 ab æterno extra locum & tempus fuit : sed ce-
 pit certo tempore dominari, ut omnibus, ita et-
 iam loco & tempori : quia ab ejus dominatu
 & imperio exceptum nihil est, præter eum, qui
 subjecit 1. Corinth. 15.

P. 150. 6. Repetit de ratione unionis : quod ser-
 ventur naturarum proprietates.

Respondeo, Et servantur proprietates,
 in

in unione, & communicantur, si vel illa Coarumpantur. Vtrung enim in scriptura spiritus sanctus affirmat: quare utrumque verum est. Vnio personalis sine communicatione esse nequit. At Sadeel scilicet illa ἀντισφατικά sunt. Qua de re supra sapius.

7. Negat effici id, quod volunt, qui eo argumento utuntur

Respondeo. Imò efficitur: modò ne Sadeel pervertat argumentum. Nec est, quod urgeat distinctionem: aliud esse subsistere in æterno & infinito, quàm esse infinitum & æternum. Nam qui carnem Christi vel infinitam dixerit vel æternam, nemo inter sinceros Christianos inventus est. Diligenter autem notetur, quod concedit Sadeel, carnem Christi subsistere in æterno & infinito. Hinc enim ego certissime concludo: Ergò (hac quidem ratione) Caro Christi non subsistit in tempore & loco: quod ipsum vobis erat demonstrandum.

Caro subsistit in Verbo: Et hæc est subsistentia verbi: Genitum esse ab æterno. Ergò caro genita est ab æterno. Falsum & blasphemum. Quare & illud.

Respondeo. Suprà idem argumentum fuit: unde responsionem pete. Vnio non fait ab æterno: quare nec humana natura ab æterno est: sed capit certo tempore. Quare certo tempore Christus, quâ homo, factus est filius Dei. Dicebamus supra, carnem Christi vivificam, à

λόγῳ vivifico: at non aeternam, à λόγῳ aeterno: annotat à ratione diversitatis. Idem hic de infinitate, & aeterna generatione τῷ λόγῳ sentiendum est. Efficit unio personalis, ut Christus, quā homo, dicatur & sit filius Dei: at non aeternus, & ab aeterno genitus, sed destinato tempore, in utero Mariae, conceptus & natus. Unicus ille, inquam, Dei filius & Mariae ab aeterno genitus secundum deitatem, in temporis plenitudine natus juxta assumptam carnem. Cyrillus de recta fide ad Theodosium: Esse unigenitum factum est in Christo, proprium humanitatis, per hoc, quod unita est verbo.

Ineptè, ait, & ἀπὸ ἀδύτων ex duplici negatione affirmatè concludunt.

Respondeo. Negatio hæc est: Nec loco eget, nec tempore. Assertio hæc est: Extra locum est, & extra tempus. Verba negantia sunt in propositione priori: in posteriori affirmantia. Res ipsa in utraq; est affirmata. Verba igitur sectatur Sadeel ommissis rebus. Quid? Nonne liceat Christo sic argumentari? Noli esse incredulus, sed esto credulus, Iohan. 20. Nam & hic ex duplici negatione affirmatè concluditur: planè ut hic: Non eget loco: sed est extra locum. Vox enim egendi implicite habet negationem: quemadmodum τὸ incredulus. Atq; est id apud Latinos solenne, ut duplex negatio affirmet: ut: Cicero non est ignobilis. Ergo est nobilis. Sed de his puerilibus hætenus.

Rbeto-

Rhetoricatur Sadeel, culpam dissidij sacramentarij in nostros doctores transfrens, quasi scilicet hoc unum & solum caput sit discordiæ. At longè res habet aliter: ut supra attigimus. Videatur historia Augustinæ confessionis. Et errores adversariorum à quàm multi sunt? De cœna Dominica, de baptismo, de prædestinatione: alij infiniti, qui alibi recitantur.

Notentur hæc Sadeelis verba: λόγος ἡ ἀνθρώπου & οὐδέποτε ἀνθρώπου ἀποκρίθη τὴν φύσιν αὐτῆς. Si quæras, sine cum λόγος ἀσυστημένη φύσιν ἀποκρίθη τὴν φύσιν αὐτῆς? Negat Sadeel. Quare verba sunt ad fallendum composita. Quid enim addit τὸ οὐδέποτε? cum urgeat uno cœli loco corpus Christi contineri. Confero ergo hanc phrasin: λόγος ἡ ἀνθρώπου οὐδέποτε ἀνθρώπου ἀποκρίθη τὴν φύσιν αὐτῆς. Rationem enim reddere Sadeel nullam potest, quò minus idem de Elia dicatur, quàm de humana natura Christi: ut ipse quidem interpretatur. Nam si obtendere velit unionem personalem: audivimus jam, & supra aliquoties, quàm pervicaciter urget Solam localem humanæ naturæ Christi præsentiam: sic ut dixerit clarè pag. 31. 32. etiam quatenus subsistit in Verbo, est in loco localiter.

Syllogismi ἀπαγωγικῆς ἐστὶν ἀδύνατον hoc P. 152, est fundamentum; Si Caro Christi est ex

N 2 unione

unione omnipræsens : Ergò & æterna,
Non hoc, Ergò nec illud.

Respondeo. *Connexio probetur.* Pro syllogismis omnibus oppono saltè hoc. Caro Christi est vivifica : nec tamen æterna, nec DEVS diuisibilis : nec unio imperfecta. Singula ista supra explicata sunt : unde repetantur.

Syllogismus alter Sæntikos sic concludit Nihil quod est circumscriptum, potest esse ubique præsens, Caro Christi est in unione circumscripta. Ergò non potest esse ubique præsens.

Respondeo. 1. Homonymia est in voce circumscripti : quod interdum refertur ad internam essentie circumscriptionem & finitionem : interdum ad externam loci terminationem. 2. Elenchus causæ est. Non enim ex circumscriptione carnis, sed ex unione personali pendet hæc facultas, ut possit esse ubiq; præsens. 3. Propositionis membrum posterius falsum est : Quicquid est naturaliter circumscriptum, id non potest personaliter esse ubique præsens. Error est ex confusione diversarum causarum. Sed audiamus, quomodo probet Sadeel propositionem : nempe ex definitione unionis personalis : quam ait esse Cynosuram huiusce disputationis. Ea verò ita habet : Personalis unio est cõjunctio, qua duæ naturæ simul unitæ, unam personam constituunt, sine confusione, sine divisione, servatis utrique naturæ suis proprietatibus.

Genus in definitione est conjunctio : de quo hoc solum moneo, quod ait Cyrillus in Epistola synodica ad Nestorium: Conjunctiois nomen, tanquam non idoneum ad significandum unitatis arcanium, evitamus. Hactenus Cyrillus, Materiam unienis seu ὑποκειμενον notat: duas Naturas, id quod utraq; manus, quod a-jum, acceptamus. Transigat autem s ad eel cum suis quibusdam gregalibus, qui personam filij dixerunt incarnatam, non naturam: idq; argumentis conati sunt demonstrare. Veteres, Lio-nysius, Albanus, Cyrillus, Damascenus, dicunt, πῶς οὐτὶ τὸ λόγος σεσχημασμένον. Formam seu specificam differentiam signat: Vnam per-sonam constituere. At cautius hic erat loquen-dum: ne putetur λόγος non fuisse persona ante incarnationem: neq; existimetur persona esse tertium aliquod ex unione duarum naturarum resultans, & ab ijs diversum. Nos supra distin-ximus inter personam simplicem ἡσὶ σύνθετος ex Nazianzeno & Damasceno, ὁ λόγος simplex erat ante ἐνανθρώπησιν, Christus incarna-tus persona est σύνθετος ex divina τὸ λόγος & humana natura. Et Christus est due nature unite: & due nature unite sunt Christus, ait Damascenus. Deinde accuratius erat hæc diffe-rentia evolvenda, ne pareret obscuritatem. La-tent enim sub ea generalitate insidia: ut supra patuit in disputatione de toto Christo & Christi: quasi unitas personæ illius possit consistere, ai-

vinâ naturâ τὸ λόγῳ infinitis locis extra hu-
 manam naturam existente. Quòd addit Sadeel:
 sine confusione, sine divisione, servatis
 utrique naturæ suis proprietatibus: utilis
 est admonitio contra Eutychen & Nestorium.
 Sed consilium Sadeelis hîc est appendice ista ex-
 tremâ negare communicationem idiomatum:
 quæ est necessarium unionis personalis conse-
 quens, & sine qua unio ipsa intelligi à nobis non
 potest. Hæc de singulis definitionis partibus.
 At integram quod attinet definitionem: ea non
 tam de Christo vera est, quàm de alio quovis
 homine: sicut singula ejus membra ad hominem
 conveniunt. Est enim in homine conjunctio, qua
 duæ naturæ, anima & corpus unitæ, unam per-
 sonam Petri, Pauli, Iohannis constituunt: sine
 confusione animæ et corporis, & proprietatum,
 sine divisione, ut extra corpus anima non sit,
 nec sine anima corpus, quamdiu scilicet durat
 ea unio: servatis utriq; naturæ suis proprietatibus,
 ut anima spiritalis, corpus materiale sit
 & maneat. Manifestum hîc est, Sadeelem non-
 dum verè & propriè definisse personalem unio-
 nem in Christo: quæ est ἕνωσις, ἐξάρτησις,
 ἰσότης & mirabiliter singularis, & singu-
 lariter mirabilis, agebat ipse Sadeel ex Augusti-
 no pag. 1. Quam appellationem in memoriam
 si revocasset, non proposuisset definitionem ge-
 neralem & multorum exemplorum. Singulare
 enim esse, & generale, opponuntur. Ac certè
 defini-

definitio unionis personalis in Christo talis esse debet, cuius exemplum aliud nullum sit in tota rerum universitate. Quare nos reponimus definitionem ejusmodi. Unio, seu unio, *ἕνωσις* personalis, sive incarnatio est actio totius Trinitatis, qua divina natura Filij Dei humanam naturam, obumbratione altissimi & superventu Spiritus sancti, ex Maria virgine, in unitatem suæ personæ assumpsit, & inseparabili nexu sibi univit: ut duæ illæ naturæ sic unitæ, sint unum *ἰψὶσὶ ἀμείνον ὁὐδέτερον* quod est & dicitur Christus: salva manente differentia naturarum & idiomatum essentialium sine confusione, & sine exæquatione *ἀτρέμῳσ, ἀσυγχύτως, ἀχωρίσῳ, ἀδιασάτως, ἀδιασώτως*. Quæ unio facta est propter nos homines, & nostrā salutē: ut officia redemptionis, regni & sacerdotij Christi perficerentur.

Itō personaliter, aut Sadeel, significat modum & rationem personalis unionis. P. 154.

Respondeo. Infero ego hinc: Caro Christi omnipræsens est, vivifica est, omnipotens est, personaliter: id est, modo unionis personalis. At hanc loquendi formulam rejicit Sadeel. Inconstantia.

Ait: Ratio & modus personalis unionis est, ut utriq; naturæ proprietates suæ serventur.

P. 155.

Respondeo. Verum id est, & in nostra
N 4 etiam

etiam definitione expresse additum. Sed quod
 inde, tanquam consequens, concludit Sadeel, est
 falsissimum. Quamprimum enim audit ille ser-
 vari proprietates, illico negat communicationē
 idiomatum. Qui error est ἀντιμαρτυρία. Ea e-
 nim minime pugnant in Christi persona, sed sunt
 pulcherrime consentanea & consuetaria & pro-
 prietatum conservatio essentialis, quia essentia
 diuina: & proprietatum communicatio per-
 sonalis, quia persona una. Vnde Deo λόγος es-
 sentialis est: Carni unita communicatur per-
 sonaliter. Vnde supra. Quod dico, manifestum
 est exemplo animæ & corporis. Sentiendi vis
 animæ est essentialis: corpori communicatur
 ab anima. Vnde igitur & eadem sentiendi facul-
 tas est propria & communis. Propria essen-
 tialiter animæ: communis corpori propter natu-
 rale utriusque vinculum, & quia ex utroque unus
 homo est. Quæ similitudo infra fusius retexen-
 da est.

Objectio secunda.

P. 155. Hoc enuntiatum de Christo: Hic ho-
 mo est Deus, significat filium Dei esse ho-
 minem actu primo, non secundo: Ergo
 quemadmodum filius Dei est omnipræ-
 sens, ita ejus corpus est omnipræ-
 sens.

Respondet Sadeel, omnia esse vitiosa.

Respondeo, ego formam argumenti, qua-
 lem Sadeel hic proponit, non memini me legere
 apud

apud nostros doctores. De re ipsa autem videbimus. Parcissime perstringit hoc argumentum Sadeel non ausus proferre, quod sentit.

Negat λόγῳ actu primo esse hominem & hominē actu primo esse Deum scilicet, quia sequatur, humanam Christi naturam esse aeternam.

Respondeo. At hoc nullo modo sequitur, elenchus consequentis est. Dic as autem nobis Sadeel: Vere ne dicitur? Homo est Deus: & quare sic dicitur? Non decebat hic tam esse brevem. Res enim est maxime ardua. Et hic arx est victoriae. Sunt nonnulli ex vestris, qui prodidere vestra mysteria (in quibus tam obliquus es, Sadeel) asserentes, ejusmodi de Christo locutiones partim esse proprias, partim figuratas: nimirum, ut magni viri vaticinium illud complerent: Fanaticos facturos esse tandē ex Christo Deum tropicum seu figuratum. Illorum etiā hac verba sunt: Enunciatio de Emmanuele nostro, Deus est homo, est propria, identica & regularis: qua significatur persona, quae aliter à deitate in subiecto, aliter ab humana natura in attributo recte predicatur. Hactenus illi. In Ecclesia Christiana propositiones de filio Dei hucusq̄ dictae sunt inusitatae: Porro ex istorum hominum decreto erunt propriae & regulares. Quarendum ergo ex Aristotele surri, ad quem modum ex predicabilibus referre velis hanc prædicationē: Homo est Deus: Deus est homo.

Gravis est vox illa primi Ecclesiarum nostro se-
culo reformatoris: hæreticissime esse dictum,
quod quidam ex scholasticis disputarunt: Deus
est homo, non intelligendum esse, quod Deus sit
homo actu primo, sed quod actu secundo assump-
ptum hominem habeat, gerat, susciteat, foveat,
&c. Hæreticissimum autem illud portentum
pro cælesti Veritate nunc hominibus propina-
tur: & qui contra sentiunt, Eutychiani procla-
mantur, & quid non? Verum nos omissis illis
ita sentimus: Quia ὁ λόγος est hypostasis
non tantum divinæ suæ naturæ, verum
etiam assumptæ humanæ naturæ: idè
dicitur Deus esse homo. Et quia humana
natura in Christo non in se subsistit, sed
λόγου habet pro ἕνωσάσθαι, & divinam na-
turam filij Dei personaliter sibi habet uni-
tam: inde Homo est DEVS. Ac brevi-
ter: Quia duæ illæ natura ununtur in Chri-
sto, non ad unam naturam compositam, sed ad
unam hypostasin σύνθετον: idè non una
natura prædicatur de altera, sed concre-
tum unius naturæ prædicatur de concre-
to alterius naturæ: ut non dicatur: Deitas
est humanitas, sed Deus est homo, & vicissim.

Profert Sadeel theorema, quod ait omni
exceptione esse majus. In sancto mysterio u-
nionis hypostaticæ duarum naturarum in
CHRISTO Iesu, non ducitur argumen-

tum

tum necessarium ex persona in concreto,
ad alteram ex naturis in abstracto.

Respondeo. 1. *Ludit in voce Concreti & abstracti, quam novit non uno modo à scriptoribus usurpari.*

2. *Remota ambiguitate phraseos, res plana erit exemplis. Antequam Abraham esset, ego sum, ait Christus Ioh. 8. Adde: secundum deitatem. Eo enim tempore nondum incarnatus erat Christus, sic: Christo in tempore data est πᾶσα ἐξουσία: adde: secundum humanitatem. Divina enim nature dari in tempore nihil potest. Rursus: Christus est mortuus: scilicet secundum carnem. Deitas enim mori non potest. Quibus & ejusmodi alijs longè plurimis adjuge et hoc: Caro Christi vivificat: sanguis ejus emundat à peccatis. &c. Atq; hinc judicetur de axiomate seu theoremate Sadeleo: cujus pleniorum confutationem, vide infra p.*

Affert simile: Homo credit, at non credit corpore. Applico: Homo Christus est omniprensens, at non sua humanitate.

Respondeo. *Homo Christus vivificat, at non sua carne? Homo, Christus eluit peccata, at non suo sanguine? &c. &c. Deinde quòd ait Sadeel: Corpus hominis non credere, nec hominè corpore credere: tum simpliciter admittem; quando probaverit nobis, hominem regenerari tantum anima, non etiam corpore, vel corpus hominis*

hominis non regenerari. Fide sumus sancti : Et corpora sancta dicit sacer codex. Deus per fidem habitat in nobis. Et corpora sunt templa spiritus sancti : Sed hæc paulò inferius uberiore oratione repetentur.

Ait Sadeel : Homo est mortalis, at non anima.

Respondeo Mors definitur separatio animæ à corpore. Separatur autem & ab anima corpus, & à corpore anima. Mortis igitur definitio non ad solum corpus congruit, sed ipsam etiam ad animam : quia separatur. Nec tamen dico animam in se, vel sui respectu mortalem esse, aut interire. Hoc volo : Mors hominis non est ad unam partem hominis referenda, sed ad hominem totum. Anima enim etsi superstes post mortem, non tamen homo est. Ac quamvis vivat : vi vit tamen vitam non hominis, sed vitam spiritus separati. Forsitan & huc superior Sadeelis distinctio referetur, inter Totus & Totus : ut totus homo mori dicatur, at non totum hominis. Sed obstat unum, quò minùs sic loquantur adversarij, quamvis ita sentiant.

Notetur autem applicatio Sadeelis. Propositio vera est, ait : Hic Homo est Deus. Hæc autem falsissima : Huius hominis humana natura est Deus.

Respondeo. Iudicent ex hac applicatione ad propositas similitudines mentes Christiana, quid sentiant adversarij de mysterio unionis personarum.

personalis. Illud enim est comparationis tertium, in quo similitudo convenire debet, juxta Sadeelem. Homo moritur, scilicet ex parte, nempe corpore. Homo credit, scilicet ex parte, nempe anima. Sic, hic homo est Deus, scilicet ex parte ratione deitatis. Atq; hoc est, quod ipsis eorum verbis supra afferebamus, propositiones hujusmodi esse figuratas, nimirum synecdochicas: totum enim pro parte sumi. Hinc fit, ut alijs sic resolvant. Hic homo est Deus: id est, filius Dei sustentans hanc humanam naturam, est Deus. Sed nolo ista hic longius persequi. Consideretur autem quantum presidij Nestorius, ut taceam de alijs, causse sue invenire hic possit. Et an mysterium sit amplius ὁμολογούμενος magnum unio ipsa hypostatica, postquam istae propositiones de Iesu Christo: Deus est homo: Homo est Deus: & figurata factae fuerint, & tropicae, & tamen sint propriae, subjectaeq; omnibus rationis humanae regulis. Cur non recte dicatur: Humana natura est deitas: Cum pie dicatur & recte: Homo est Deus: ratio reddita supra fuit: quia unio fit non ad unam naturam, sed ad unam hypostasin οὐνθετον, ut ex Nazianzeno repetit Damascenus.

Objectio tertia.

Qualis est naturarum: talis etiam est proprietatum communicatio, scilicet realis. &c. P. 159.

Ut respondeat Sadeel, negat tō communicari transitivè accipi.

Respondeo. Contrarium suprà monstratum est. Nec desunt ex ipsis Sadeelis gregalibus, qui tō noivovēy expressè concedunt interdū usurpari transitivè. Cyrillus de incarnatōne unigenitum communes facit tanquam cum sua carne divine sue majestatis operationes.

Deinde absurdum affert Sadeel: sequenim naturarum confusionem.

Respondeo, Nego. Causam suprà dixi quia scilicet unio facta non ad unam naturam, sed ad unam personam. Et constanter repeto. Talis est communicatio, qualis est unio: personalis nimirum & realis, non naturalis, essentialis, aut verbalis, atq; ut vox communicationis transitivè accipitur de ipsis naturis in persona Christi: ita de earundem proprietatibus transitivè sumitur. Quare perperam objicit Sadeel, variè à nobis idem vocabulum usurpari in eadem comparatione. Vtrobiquè enim accipitur transitivè.

Absurda colligit, multa illa quidem, sed que minime ex nostra doctrina consequuntur: & suprà ad singula responsum est. Nec enim hinc nova sunt, sed ex superioribus repetuntur: Commune, inquit, opponitur proprio. Natura humana est Deus, proprietatibus deitatis in se receptis. Christus non est homo, abjectis proprietatibus humanæ naturæ &c.

Sed

Sed demonstrandum erat ista sequi, non nudè affirmandum. Nos enim pernegamus, & cur negemus rationes addidimus suis locis.

De voce Verbalis: quam se accipere ait P. 15. 9.
Sadeel, pro eo, quod ad verborum & phra- 161 2.
sium explicationem pertinet. Quo sensu negat Verbali opponi reali.

Respondeo. Novit Sadeel, de eo non quaeri, quomodo verba explicanda sint, sed de rebus ipsis: an res ipse subsint ijs prædicationib; quas scriptura proponit. Et siquidè intelligat Sadeel id verbale sic, ut tñ reali non opponatur, quemadmodum autem: cur negat communicationē idiomatum realem? cum concedat verbalem. Imò cur sic argumentatur? Communicatio Idiomatum est verbalis: Ergò non realis. Nisi enim reale opponatur verbali, ἀναλόγητον illud est. Et tamen hic pagina 160. vocat Sadeel rem verbalem, ad verborum scilicet explicationem pertinentem. Quasi verò res adhiberi debeant verbis explicandis, ac non potius verba rebus inservire jubeantur. Ex mente igitur Sadeelis res erunt symbola verborum. At supra ex Aristotele verba appellabat rerum symbola. Atque artificium hoc singulare est adversariorum, ut pleraq; omnia fidei Christianæ mysteria involvant verbalibus istis figuris, quas hic p. 160. vocat Sadeel, & rebus verbalibus: ut firmi nihil & solidi in scriptura nobis reliquum maneat, postquam semel verbalem
illam

illam Theologiam admisimus. Sed certent illi de verbalibus figuris, quantum satis videbitur: Rem ipsam autem, id est, diuinam veritatem sartam tectam ut nobis Deus conseruet, nos quidem votis intamis optamus. Ceterum dicat vobis Sadeel, an etiam unio verbalis sit in istis locutionibus: Verbum caro factum est, Homo est Deus &c. Nos enim realem & personalem unionem credimus & appellamus: verbalem qui dixerit, execramur.

Afferet sadeel exempli loco dicta: Petrus erat Christus: Filius hominis est in caelo. Iohan. 3. quarum genuina sententia & vera alibi declaratur. Hic satis sit respondere: in illis dictis minime dari verba pro rebus: ut verbaliter quidem vera putari debeant, realiter minime. Illa enim consuetudo à Grammatica caelesti longè est alienissima: utpote cuius verba sunt res, secundum Psalmi illud: Ipse dixit, & facta sunt. Psal. 33.

P. 161. Notentur illustria Sadeelis similia. Vt enim inquit, licet animo credas, non corpore, nihilominus tamen verè credis: & vicissim, licet non animo incedas, sed corpore, nihilominus tamen verè incedis: ita distinctiones idiomatum non faciunt rem ipsam tantùm verbalem &c.

Respondeo. Cr dit homo, sed non sine corpore: incedit homo, sed non sine animo: ubi certè est communicatio naturarũ. Anima enim verè

verè seipsam & suas proprietates communicat corpori, quod infrâ demonstrabitur. Applicationem autem attendamus. Homo credit animo, non corpore: sic, Homo DEVS est deitate, non humanitate. Christus vivificat deitate, non carne. Quid? Estne homo Deus sine humanitate? Quid autem est sine humanitate homo? Nisi fortè hæc sit figura verbalis, & res verbalis, de qua sadeel ante admonebat. In vivificatione verò re. est omnium planissima: quam si sic Christo tribuit sadeel, ut carnem Christi excludat: quemadmodum à credendi facultate excludit corpus, & ab incedendi vi animam: jam non est ulla dignus responsione, cum in faciem Christo ipsi contradicat, Ioban. 6.

Ait sadeel: proprietates utriusq; naturæ personæ tribui credimus: Sed unius naturæ proprietates posse tribui realiter alteri naturæ, hoc verò pernegamus.

Respondeo. 1. Distinguendi sunt gradus seu genera communicationis: ut supra proposuimus. In primo & secundo gradu communicatio fit in persona. In tertio fit inter naturas. Divina enim τὸ λόγος natura communicat seu donat assumptæ suæ naturæ propriam gloriam & majestatem. Quod quicumq; negat, negat hæc manifestissima scripturæ dicta vera esse. Matth. 28. Data est mihi omnis potestas. Iohan. 6. Caro Christi vivificat. 1. Iob. 16. Sanguis Christi emundat à peccatis: aliaque hujus generis plurima,

que

quæ infra videbimus. Neque tamen illa consequuntur, quæ Sadeel recenset. Non enim fit naturarum confusio: neque existit tertium aliquid compositum ex duarum naturarum commixtione, id quod sæpè supra perspicuè ostendimus.

P. 162. *Arguit Sadeel: Latior erit prædicatio in proprietatibus, quàm in ipsis naturis: si scilicet humana natura dicatur omnipræ-sens, nec dicatur Deus.*

Respondeo. *Miscet Sadeel ea, quæ sunt accuratè distinguenda. In ipsa unione reciprocatio est: Deus est homo: Homo est Deus. Eadem reciprocatio locum habet in primo gradu communicationis idiomatum. Vbi non est prædicatio latior ulla ex parte, sed æqualis & reciproca. Atque hinc falsitas argumenti manifesta est. Porro tertius gradus communicationis non est reciprocus. Rectè enim & verè dicit Christus: Caro mea vivifica est. At non rectè dicitur: Deitas Christi mortalis est.*

P. 163. *Quare iterum malè connectit Sadeel: Communicatio naturarum non potest considerari extra personam &c. Ergò ut falsum est: Divina natura non est hic: sic falsum esse: Corpus Christi est ubiq;.*

Respondeo. *Annè sic etiam Sadeel? Divina natura non est hic: Ergò caro Christi non est vivifica. Absit. Quæ ratio? Quia in unione extollitur humana natura in gloriam, non deprimi.*

primitur divina natura in infirmitatem. Augustinus contra Felicianum cap. 10. Injuria sui corporis affectam non fateor deitatem: sicut maiestate deitatis glorificatam novimus carnem.

Obiectio quarta.

Ex omnipotentia Dei dactum argumen- P. 163.

247.

Respondet Sadeel: Non argumentandum P. 164. esse ex omnipotentia Dei, nisi antecedar e-
jus voluntas, ipsius verbo patefacta.

Respondeo ego: De expressa Dei voluntate in presenti negotio constat ex praclaro ipsius verbo. Hoc est corpus meum, Matth. 26, 1. Corinth. 11. In medio eorum sum. Matth. 18. Vobiscum sum. Matth. 28. Dominare in medio inimicorum. Psal. 110. &c. Quare Sadeelis responsio pro nobis est. Nec nos omnipotentiam Dei simpliciter urgemus. Sed opponimus blasphemam illi voci: per omnem suam omnipotentiam Deus efficere non potest, ut unum corpus simul sit in duobus locis &c. Methodus autem adversariorum hic notari debet. Dum enim verbis cane urgentur: Respondent; ea non intelligi, ut sonant. Quare? Quia corporis conditio non ferat. Contra nos ita includimus. Deus λόγος permittit corporis sui presentiam. Ergo ea vera est. Quare? Quia qui promittit, est omnipotens: nec impedire se sinit ullis locorum διαστάσεων seu intervallis.

O 2

Absurda

Absurda multa colligit Sadeel ex contrarietate: Verum omnia illa ex superiore tractatione hic repetuntur. Repetatur ergo & solutio ex superioribus.

Concludit: Deum non posse velle, ut corpus sit ubiq;: quia scilicet contradictoria inde sint secutura.

Respondeo. Ex Iustino: Credimus nature naturalia: arti artificialia, et Deo divina. Divina verò potestati nihil est inobediens, sed omnia ei obediunt. Hactenus Iustinus. At Sadeel ex naturalibus vult negare divina. Que principiorum commixtio in Philosophis reprehenditur: & nos in summis fidei nostra mysterioris ei locum dabimus:

P.166. Arguit: Manet quod est corpus quod movetur.

Respondeo. Nam etiam physicis actionibus & affectionibus obnoxium? ut edat? bibat? digerat? augeatur? minuatur? &c. Paulus beatorum corpora in vita aeterna vocat *σώματα*. Et Christi corpus est *σῶμα*. Substantiam non adimo: sed gloriam tribuo. Sadeel verò hanc tollit, quantum in ipso est.

P.167. Ait: Corpus Christi esse subiectum humani corporis legibus.

Respondeo. Estne etiam vivificare, adorari &c. proprietas & lex humani corporis? Et *πῶσα* illa *ἐξορία*, quam finitam vos dicitis & terminatam celi & terra nominibus, anne & illa humani corporis lex est & proprietas? Spiritus

ritus sanctus & substantiam veri corporis humani ponit in Christo, & majestatem conjungit. Sadeel ponit ita substantiam corporis, ut tollat majestatem. Non igitur eadem est utriusque Logice. Atque hac summa est argumentorum omnium Sadeelis: ut humana natura Christi: & divina Christi majestas: sint $\alpha\upsilon\tau\iota\phi\alpha\tau\iota\kappa\acute{\alpha}$. Quo stante, vicit Sadeel: quo vacillante, superior est nostra sententia. Audiat ut jam vox judicis. Ascendit in caelos: sedet ad dextram Dei: Data ei est omnis potestas, &c. Quam judicis caelestis vocem in sequentibus clarius percipiemus.

De contradictione multa Sadeel. Sed P. 168. praeter rem. Adversarium enim hac parte habet neminem. Hoc solum monendum: Contradictiones in articulis fidei non esse formandas ex rationis humanae arbitrio, sed ex praescriptio Spiritus sancti. Illustro: Ratio humana facit contradictionem. Christus, quia homo, est in caelo: & in caena. At enim corpus non nisi uno loco est. At Spiritus sanctus conciliat utrumque, ut non sint $\alpha\upsilon\tau\iota\phi\alpha\tau\iota\kappa\acute{\alpha}$: sed $\psi\pi\acute{\alpha}\delta\iota\delta\alpha\lambda\omicron\varsigma$. Christus, quia homo, in caelo est, in caena est, in Ecclesia est, in medio inimicorum est, &c. propter hypostaticam cum $\lambda\acute{o}\gamma\omega$ unionem.

Retorquet argumentum Sadeel, asserens, summam Dei potentiam, elucere hinc, quod humana natura maneat suis distincta proprietatibus.

O 3. Respon-

Respondeo. Imò manet. Fallit enim Sadeel, negando simul consistere posse, veram naturam humanam & realem communicationem idiomaticam. Qua de re & quia satis est dictum suprà, prænil addo. Opinatur scilicet Sadeel humanam naturam mutari in Deum, si dicetur divinis $\zeta\upsilon\epsilon\gamma\gamma\iota\omicron\upsilon\epsilon$. Sed hoc somnium est, non veritas, ut diximus.

P. 169. De actu primo quaedam repetit: $\upsilon\rho\gamma\epsilon\sigma$ $\tau\omicron$ $\epsilon\chi\epsilon\mu$ præsupponere $\tau\omicron$ $\epsilon\iota\upsilon\omicron\varsigma$. Quasi destruetur corpus, si sit omnipræsens.

Respondeo. 1. Distinguendo inter actum primum naturalem & personalem. 2. Negando destrui naturam corporis communicatione reali idiomaticam divinorum. Qua de re suprà. Calumniam de corpore infinito omitto.

P. 170. De plenitudine corporis Christi erit: suo loco.

Modum præsentiae, quo corpus Christi ubique sit: Sadeel negat esse $\nu\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon$ vel $\pi\iota\varsigma\omicron\upsilon$.

Respondeo. At profectò potius credendum est domino Christo simpliciter & nude sui corporis præsentiam promittenti, quam omnibus $\lambda\iota\pi\sigma\lambda\omicron\gamma\iota\omicron\upsilon\epsilon$ eam oppugnantibus. Annon corpus dominicum præsens in cæna? in Ecclesia? in medio inimicorum? Modus verò illius præsentiaeannon $\pi\iota\varsigma\omicron\upsilon$. Naturalis enim certè non est. $\pi\iota\varsigma\omicron\upsilon$ autem verè est: quia promissione nititur divina, Matth. 26. 13, 28, Apoc. 1, Psal. 110. &c.

Obje-

Objectio quinta.

Quæcunque Christo data sunt in tempore: secundum naturam humanam data sunt. P. 170. 171

Respondet Sadeel: Non esse ἀποδοκτικὸν.
2. Data personæ: non alterutri naturæ.

Ubi nota sophisticen: non ad humanam naturam in abstracto referenda, id quod isti faciunt.

Respondeo. Minimè verò Sadeel. Non referimus ad naturam humanam in abstracto sed in concreto, id est, per & propter unionem cum λόγῳ hypostaticam: extra quam unionem humana Christi natura nec esse potest, nec considerari debet. Intelligimus autem istam vocem Etymologicè ab abstrahendo: quemadmodum concreti vocem rursum de unione accipimus.

Negat miracula tribuenda esse naturæ humanæ Christo.

Respondeo. Negavit & supra: ubi videtur responsum, Et hinc aestimetur, quale dominum in creaturas Christo, qua homo est, concedat Sadeel.

Egregium Sophistam agit in voce secundum: quasi semper denotet proprietatem essentialem. Qua de re supra fol. 23. Ut vitetur illa amphibolia, reponimus Sadeeli hanc locutionem: Humana in Christo natura est omnipotens, vivificans, omniprensens, adoranda &c.

Argumentum verò totum hoc, ut est longè firmissimum & efficacissimum contra adversarios: ita Sadeelis responsio profectò est frigidissima, vel nulla potius. Quod ut pateat, notentur sequentia.

Persona Christi constat divina τὸ λόγος & humana natura. Ergò: Quicquid Christo tribuitur, id vel juxta utramq; naturam simul, vel juxta alterutram ei tribuendum est. Hoc fundamentum est solidissimum: quod convellere vel ipse inferorum portæ nunquam poterunt: jam subsumo. Omnipotentia, πᾶσα ἐξουσία Matth. 28. æterna potestas Daniel. 7. δὺναμις Apocalyp. 5. ver. 12. data in tempore tribuitur personæ: ipsi Christo. Quæro: secundum utramq; naturam, an secundum alterutram? Respondeo. Divinæ naturæ dari in tempore nihil potest. Habet enim imò est, omnia ab æterno. Humanæ igitur naturæ respectu datur. Est ergò humana Christi natura omnipotens. Habet itaque vires & facultatem, ut posset esse ubi velit, &c.

Non elabitur Sadeel, cum asserit: dici ea propter humanitatem: si tamen humanitatem nihil attineant. Et quod citat veteres: manifestam vim illis facit, pervertendo illorū mentem. Quod ex uno Leone, ut taceam ceteros, erit clarissimum. Quicquid in tempore accepit Christus, ait Leo, secundum humanam naturam accepit: cui, quæ non habuit, collata

collata sunt. At veteres hanc ipsam regulam magno consensu furoribus *ἄγ* opposuerunt: qui mutabilitatem τῆς λόγῳ hinc vincere conuabatur, quod in tempore omnipotentiam accepisset. &c.

Obiectio sexta.

similitudo animæ & corporis.

Respondet Sadeel. 1. Non esse ἀποδῶντι P. 173.
 ἄδρ. 2. Non r. ἐξ applicari. Patres tantum ad 174. &
 unionem retulisse. 3. Dissimilia colligit. 175, 176.

Respondeo ad 1. illustrandi causa adferitur similitudo, non demonstrandi. Ad 2. Quod de veteri, us dicit 1. concedo ὡς ἐπὶ τὸ πᾶσι fieri: at non semper. Ita enim Athanasius dial. 5. de Trinit: Sicut enim in corpore: sic Deus verbum unitus homini edit prodigia. non separatus à natura, assumpta, sed placuit ei in ea, cum ea, & per eam, potentiam suam diuinam exerere. En tibi unionem: unitus: En etiam communicationem: in & cum ea, & per eam exerere &c.

Ad 3. Ad dissimilia respondet Iustinus: ἐξ ἡμῶν γὰρ καὶ τὸ παρὰ δὲ γὰρ οὐ κατὰ πάντα, κατὰ τὴν γὰρ. Notetur autem artificium Saueelis, qui cum similitudinis evidentiam negare non possit, præterito verò scopo, colligit dissimilia: ne veritati cogatur dare testimonium. Viderat autem Iustinus (& alij) & annotarat eas ipsas dissimilitudines, quas hic enumerat Sadeel: &

tamen iudicabat ut unque intelligi inde mysterium unionis posse. Pag. 175. notetur phrasim: *coextendi*. ὁ λόγος: Hinc enim perspicere potest, quam ubiuitatem & qualem Sadeel sibi imaginetur: que scilicet consistat in extensione &c.

De Deificatione carnis Christi differit Sadeel ex Damasceno: hoc sine ut concludat deificatione significari ipsam unionem, & dona præstantissima, quibus humana natura fuerit exornata.

Page 176.
177 & 178.

Respondeo. *si sunt Deificationis verba, non solus Damascenus, quod innuere videtur Sadeel, sed & Athanasius & Cyrillus, & Nazianzenus.* Athanasius sermone 2. contra Arianos. Non diminutum est verbum carnem assumendo, ut gratiam quoque desideret accipere; sed potius deificavit quod induerat. Idem sermo 4. contra Arianos. Cum Deus erat, assumpsit carnem, & in carne existens deificat carnem, Damascenus lib. 4. cap. 19. propter unionem secundum hypostasim caro deificari dicitur, & Deus fieri, & ὁμοῦς ὁ verbo. Conferantur hæc, & alia consimilia, cum Sadeelis arguunt; & iudicetur an ex mente patrum ille scripserit, an contra illos. Absurda, quæ attexit, supra confutata sunt.

Argumentatur Sadeel: Qui præditus est deitatis proprietatibus, est quoque præditus ipsa deitatis essentia. Qui verò præditus est deitatis essentia, cum esse Deum, quis

quis neget? Inferre hinc. Sadeel conatur: Humanam naturam esse Deum: si sit realis idioma-
rum communicatio. Respondeo. 1. Subsumptio
vitiosa est. Propositio enim de persona intelligi-
tur: qui. pr. ædius est &c. Assumptio autem de
humana natura. 2. Atque est ἀμφιβολογία in
confusione τῶ ἐνοσίωδ'ος καὶ τῶ ὑποστατῆος. De-
claro. Quicquid est vivificum: (scilicet essen-
tialiter, seu per essentialitatem) Deus est. Caro Chri-
sti est vivifica (scilicet personaliter, propter u-
nionem personalem cum λόγῳ) Conclusio igitur:
Ergo caro Christi est Deus: non est legitima
propter terminorum disconvenientiam. Nul-
la enim ἀνωτέροιο &c.

Rejicit propositionem hanc, ut falsissimam:
Humana natura facta est Deus.

Respondeo. Audio. Sed quomodo istud
retexit? Sadeel. Ait. 2. Deus fecit Iesum Domi-
num & Christum: quem vos crucifixistis? Digi-
tum enim intendit Lucas in humanam naturam,
secundum quam crucifixus Christus fuit. Sed de hoc
plura: ubi argumentum de dextra Dei. excutietur.

Negat animæ potentias fieri commu-
nes corpori. Ait: Corpus affici potentijs
animæ: sed negat communicari.

Respondeo. Novam me audire sapien-
tiam. An enim corpus non vivit? oculus non vi-
det? Et unde? Annon ab anima? An forte duplex
visus? Duplex videndi facultas? &c. sed paulò
post hæc accuratius.

Ἀντίφασις, pag. 178. potentia non communicantur. pag. 179. Corpus habet ab anima, ut sit animatum, & vivat.

P. 180. *Arguit*: Infinitas non potest accipi. Omnipræsentia est infinitas. Ergò non potest accipi ab humana natura.

Respondeo. *Subsume etiam de hypostasi τῆς λόγῃ: & negaveris unionem.* Certè enim infinita est τῆς λόγῃ hypostasis. Et tamen humana in Christo natura facta etiã est hypostasis etc.

P. 180. *Tandem concludit*: Corpus Christi esse ornatum ijs donis, quorum possit esse capax, nempe finitis, quibus non destruitur.

Respondeo. *Carni Christi, ea attribuo, quæ scriptura: quibus non destruitur, sed summe exornatur: ut sunt. vivificatio. omnipotentia. omnipræsentia, adoratio etc.*

P. 181. *Retorquet objectionem*: quia homo credit: non corpus. Sic: Christus ubiq; non natura humana.

Respondeo. *Error multiplex. Non enim sine corpore credit homo. Ergò nec sine humanitate sua præsens est Christus. Cur autem credendi potius actum producit Sadeel, quam videndi, movendi, sentiendi? Ergò nos sic, etiam proponimus. Homo vivit non sine corpore, sentit, movetur etc. Sic Christus edit miracula, vivificat, Ecclesia præsens est, & non sine humanitate. Ceterum quia hæc similitudo de anima & corpore apud veteres plerumq; omnes usitatissimè.*

satissima est: aliquantò diligentius expendenda erit: & legitime ad unionis hypéstatica mysterium accommodanda. Paucis autem complectemur præcipua capita: quorum plenior deinde explicatio ab alijs requiratur.

1. Ex unione animæ & corporis fit homo: Ita Christus est natura τὸ λόγος divina, & humana unita.

2. In homine essentia quidem duæ: at persona una: Ita & in Christo natura duæ sunt, persona una: contra Nestorium.

3. Anima & corpus in homine non confunduntur: sed distincta, quamvis unita, permanent: θεὸς ὁ ἕως, sine confusione: contra Eutychen. Idem iudicium esto de idiomatis seu proprietatibus essentialibus, quæ manent inconfuse.

4. Quando anima rationalis σωματίζεται incorporatur, & corpus ψυχίζεται animatur, tum dicitur homo: ut ait Albanasius dialog. 4. de Trinit. Sic cum ὁ λόγος incarnatur, humana natura in hypostasin τὸ λόγος assumitur: dicitur Christus. Non quasi tum primùm cœperit: æternus enim est ὁ λόγος: sed quia, quod non erat, assumpsit.

5. Ut idiomata animæ & corporis homini tribuuntur: ita naturarum proprietates in Christo, personæ assignatur: qui primus est gradus communicationis: κοινωνία τῶν ἰδιωμάτων.

6. Quem-

6. Quemadmodum anima, & corpus concurrunt & communia ἀποτέλεσματα, in affectibus, motibus, sensibus: Sic in Christo utraque natura agit cum communicatione alterius, quod suum est. Qui est secundus gradus communicationis: κοινωσία ἐνεργητικῶν.

7. Sicut anima propter unionem communicat cum corpore proprietates suas, & potentias, vegetativam, vitalem, sensitivam &c. Ita in Christo divina natura communicat humanae assumptae naturae suam majestatem & gloriam, πτωτοκρατορίαν, vi visitationem, omnipresenciam, adorationem &c. Qui est tertius communicationis gradus: κοινωσία πτωτοκρατορίας, ἢ ὑπερῷωσις &c.

Sed nunc videndum est, quomodo ea confirmemus, de quibus Sadeel litem movet. Caput enim rei versatur in hoc: An anima suas proprietates revera communicet corpori. Negat Sadeel: quamvis lubricè: at Danæus & Beza expressè & constanter. Nos clara voce affirmamus.

Conferamus ergò argumenta.

Homo credit, ait Sadeel, at non corpore, verùm animo.

Hoc postea videbimus. Prius dicendum est de actionibus animae organicis, quas vocant. Atque ut uno argumento hinc transigamus: ita propono. Corpus vivit: auris audit: oculus videt. Vita, audiendi & videndi facultas, confessio-

ne omnium anima est propria: atq; sic propria: ut postquam à corpore anima discessit, desinat ea in corpore & ejus membris facultas. Hic igitur qui communicationem negat proprietatum animæ: is cum ratione videtur insanire, vivit enim certè corpus, sentit, movetur, non sua quadam, quæ sit de corporis ratione sive essentia, facultate (alias & lapis sentiret: quia corpus est) sed facultate seu potentia animæ sibi unitæ. Quod malo Iustini verbis, quam meis explicare. Ἐν στυργυσίᾳ τοῦ σώματος & ait Iustinus quest. 77. αἱ ψυχὴ αἰσθητικῶν λαμβάνουσι τὴν αἰσθητικὴν, ἀλλὰ αὐτὴ ἢ ψυχὴ αἰσθητικὴ παρέχουσα τῇ αὐτῆς παρρησίᾳ αἰσθητικῶν τὸ ζῶον ποιεῖ. Item: τὸ ἐμψυχον, animatum corpus esse κατὰ μετέωρον participatione, quod anima est κατὰ ὄντως. Absurdi sunt, qui duplicem in homine vitam statuunt, & sensum: ut anima vivat per se, & deinde in corpore quasi lumen vitæ accendat. Sic enim homo viveret vitam duplicem: & corpus viveret non anima vitæ essentiali, sed sua propria, quam in ipso animo tanquam ignem quandam excitasset. Formæ igitur unitas in homine periret. Sed hæc omnia rectissimè ex vitæ definitione considerentur: quæ definitore Aristotele, ἐστὶ σῶμα ἢ σῶμα & ψυχῆς σώμα. Scaliger ita describit exerc: contra Cardan: 102. sect. 5. Vita est actus animæ in corpore, id est,

est, vis ejus per unionem utriusque. Atq; ibidem idem: Non placet, inquit, itam esse in anima, sed ab anima. sed nolo in clarissima hac veritatis luce esse prolixior.

Affectus qui negaverit communes corpori: ipsam naturam negaverit. Et de sensibus exterioribus, qui ministerio corporis perficiuntur, res est planissima.

Porro de actionibus inorganicis difficilior videtur questio. Ridet autem Sadeel, si quis cordi credendi actum velit tribuere. Attribuit tamen scriptura. καὶ δὲ πνεύματι ἐξ ἡρώτων αὐτοῦ, ait Apostolus Rom. 10. Respondet autem Sadeel: scripturam nomine Cordis significare animum ipsam. Sed nos probationem istius requirimus. Nusquam enim in scriptura annotatum invenimus. Cor accipi pro animo: etsi cordis appellatio est frequentissima in sacris. Atque in illo, quod allegat Sadeel: Circumcidendum cor: vox cordis proprie intelligitur, secus quam putat Sadeel. At metaphora est in voce Circumcidendi: quo sensu Christus ait, manus esse abscidendas: & Stephanus vocat incircumcisos corde & auribus, Act. 7. Christus per fidem habitat in cordibus fidelium, ait Paulus. Cordi tribuitur cogitatio Genes. 8. Matth. 9. Διάνοια, Luc. 1. Sapientia, intelligentia. Exod. 31. 35. 36. &c. Cyrillus de incarnatione unigeniti cap. 24. vocat corpus animatum & rationale. Augustinus contra lib. 11.

Felicianum lib. 11. Non perdunt propria: sed
 quia in unum atq; inseparabile convenerunt. ex
 proprijs videntur facta communia. Affici ut
 in corpore mens doloribus corporis. Fatigatur
 corpus cogitationibus mentis. Et unum tamen
 horum proprium est corporis, al. ei um mentis.
 Quod aut uni accideri, & corporis commune
 videtur, & mentis. Interdum etiam in sacris
 literis ab anima & διανοια ijs sum cor distingui-
 tur. Diliges Deum ex tota anima, ex toto corde.
 Hac & similia alia non possunt ego habere pro
 nihilo. Addo autem & hac philosophica. Ele-
 gans est illa Scaligeri sententia exercit. 265.
 Anima dum est in corpore, sine corporis obje-
 ctis non pot. et initari, ut illa dicam, sacris in-
 tellectionis. Ergo ne agere quidem. Aristoteles
 ε πορτα τοις σωμασιν ετι διανοια. Idem in
 Metaphysicis: τω διανοια μεταρι ad corpo-
 ris μεταρι & mutationem. Latini sapientem
 & prudentem vocant cordatum: & excor-
 dem, qui caret intellectu. Temperamenta affi-
 ciunt animam: vide phreneticos, melancholi-
 cos, cholericos. Corpus fatigatur cogitationibus
 mentis. Intelligendo fatigamur obiectu senten-
 tia obscurioris, ait Scaliger exercit. 75. sect. 2.
 Physiognomones ex corporis lineamentis judi-
 cant de animo. Quid interest inter ratiocinati-
 onem & intelligentiam: si nihil corpus confert
 ad anime actiones inorganicas? Et que di-
 ferentia inter animam in corpore: & spiritum
 P separa-

separatum, quantum ad actum intelligendi?
 Atque illud tritum quid est: Nihil in intellectu, quin prius in sensu? Alia infinita: quæ certè omnia evincunt, non sic esse ab animæ actionibus corpus alienum, ut nihil sit ei cum illis commune. Nam quòd inorganicæ dicuntur, fit illud ad differentiam sensuum exteriorum. Possent hæc iusta tractatione explicari: sed hic non est locus. Brevitati enim studemus, quantum possumus.

Atq; ex his iudicium sumatur de nostra sententia, & Sadeelis argumentationibus. Mens nostra est hæc: Anima communicat corpori suas proprietates, ut corpus vivat, sentiat, moveatur, &c: non vita propria, aut motu & sensu proprio, realiter distincto ab animæ vita &c. Sed ea ipsa vita, sensu, &c. quæ ipsi est animæ essentialis: & corpori per & propter unionem communicata. Sed divina natura τὸ λόγῳ communicat assumptæ humanæ naturæ proprietates suas: ut humana Christi natura sit omnipotens, omnipræsens, vivifica, & ea ipsa, omnipotentia, omnipræsencia, vivificatione, quæ est divinæ naturæ τὸ λόγῳ essentialis: & per & propter unionem hypostaticam humanæ naturæ communicata. Ex qua communicatione nec naturarum sequitur, vel confusio, vel everfio, vel exæquatio; nec ipsorum etiam idiomatum. Atque hæctenus quidem de hac similitudine.

Objectio

Objectio septima. De
ferro ignito.

Ad similitudinem de ferro ignito: Respondet
Sadeel: pertinere tantum ad unionem. P. 182.
Dicit, condonandum aliquid similitudi- 183:184.
nibus. Negat hanc congruam esse: quia &c.
color & lumen sint accidentia ferri. Pluri-
ma recenset absurda ex dissimilitudine.

Respondeo. Non disputatur de ferro
calido: sed candente seu ignito. Bellum au-
tem indixerit vera philosophia, ipsamque adeo
experientiam negaverit, ignem qui in ferro
dixerit esse accidens. Qua de re differentem vide
Scaligerum contra Cardanum exer. 12. sect. 3.
ubi ait inter cetera: In ære ignito esse ig-
nem; quemadmodum aqua est in spongia sive
panno. Ceterum veteribus usitatissima est illa
similitudo: ut non jam nostros doctores, sed an-
tiquitatem totam incuset Sadeel, negando esse
congruam: præsertim cum ex ipsa scriptura de-
sumpta esse videatur; De rubo ignito, qui to-
tus ardebat, nec tamen consumebatur Exod. 3.
Specie æris in fornace igniti & candentis. Apo-
calyp. 1. Extat ea apud Basilium, homilia de
S. Christi natiuitate. Cyrillum de incarnatio-
ne unigeniti cap. 3. Theodoretum dialog. 2.
Damasceum lib. 3. cap. 5. 17. & 19. Crige-
nem lib. 2. de princip. cap. 6. Athanasius in
P 2 analogis

dialogis ponit lignum ignitum, & cauterium ignitum.

Neq. verum est, quod ait Sadeel, accommodari tantum ad unionem: quod ipsa S. S. patrum verba demonstrabunt. Sic enim Basil. de natura Christi: Sicut ignis ferri proprietates non transiit, sed ferrum ignitum splendidum fit, non nigrescens ignem, & ipsum inflammatur, non frigescens flammam: sic sanè etiam humana Domini caro ipsa particeps facta est deitatis, non suam propriam tradidit Deitati imbecillitatem. Damascenus lib. 3. cap. 17: Ferrum ignitum urit, non quod physica ratione possideat ultricem energiam, sed quia ex unione ad ignem eam obtineat: ita Caro Domini &c. divinis operationibus locupletata est. Plura Patrum testimonia alibi.

Ad incommoda respondeo: Simile non esse idem: nec currere quatuor pedibus. Satis esse, si conveniat in eo, ad quod illustrandum adhibetur.

P. 186. Retorsio Sadeelis tota est ex superioribus
187. sophismatis: Et opponat sanè illa omnia, que recitat, pie antiquitati: ut tandem clarè ostendat, se non curare Patrum auctoritatem, ubi ipsius erroribus contradicant.

P. 188. Sadeel in ferro ignito non distinguit, sed
discerpit potius abtiones: nam & ferrum ignitum verè urit: & urit gravius, quam solus ignis:

ignis: idq; propter multas ignis partes conglobatas.

Similitudo de unguento est Origenis, Augustini, & Cyrilli cap. 9. de incarnatione: longe alio sensu ab his, quam Sadeel, adhibita. Anima Christi vasculum unguenti fuit, ait Augustinus 2. de incarnatione: ex cujus fragrantia Prophetæ siebant & Apostoli, Alludit autem ad illud Psal. 45. Vixit te oleo lætitiæ. &c.

Objectio Octava.

Vox Christi suscitans Lazarum, est omnipotens.

Respondet Sadeel: vox dicitur omnipotens, non per se, quia est vox omnipotentis personæ. Illustrat: Mulier tangens simbriam Christi, sanata est, Luc. 8. nec tamē propterea simbria est omnipotens. P. 129.

Respondeo. Nihil sani. Tum cum sancta Salvatoris carne confers simbriam, ut illam non magis hac dicas fuisse operatam: Annē etiam verificam audes vocare simbriam, quemadmodum carnem? Ad phrasin quod attinet: Vox omnipotens & vox omnipotentis: Non possumus per versionē isti tam luculenta suffragari: quippe cui tota veneranda antiquitas contradicat. Qua de re in promptu sunt testimonia Patrum quàm plurima: quæ cum negare Sadeel non possit, contorquet illa ad suum

nutum, contra & verba & sensum sanctorum Patrum. Nisi opera divinitatis per corpus patrata essent, nunquam homo deificatus esset: ait Athanasius serm. 4. contra Arianos. Caro vivifica, id est ejus, qui est vivificans. Corpus vivum, id est ejus, qui vivit. Manus agilis, id est ejus, qui est agilis &c. Quis ferat istam petulantiam? Et tamen est excellens Sadeeli eruditio. Porro innuit hic Sadeel ista sua responsione, humanam Christi naturam nihil quicquam attulisse ad miraculorum operationem, præter externum membrorum motum: ut nulla prorsus sit ex Sadeelis hypothese differentia inter Christum et reliquos Prophetas, quantum quidem ad miracula. Sed de hac questione inferius plura.

Obiectio nona. De adoratione.

P. 190.
191. 192. Caro Christi adoratur. Hic verò Sadeel mirus est artifex. 1. Primum asserit personam adorandam. 2. absurdum concludit: Si secundum carnem adorandus est Christus: Ergo secundum carnem est Deus. 3. Explicat veterum sententiam: Caro est adoranda: id est, Deus caro factus, est adorandus 4. arguit: Caro adorat Deum: Ergo non adoratur, 5. tandem concludit: Ex adoratione non posse concludi omnipræsentiam. Quæ omnia sic studiosè involvit: ut non
ausit

ausit expressè negare Carnem Christi adorandam: & tamen id ex absurdis colligat. Quare hoc argumentum stimulos acutos reliquit procul dubio in Sadeelis animo.

Ego verò sic ordine respondeo ad propositas Sadeelis responsiones.

1. Qui totam Christi personam adorat, is includit, non ut Sadeel, excludit humanam naturam.

2. Homonymia est in voce secundum, quam sæpè antea notavimus. Et Eleuthus est consecutionis. Non enim sequitur, Humana Christi natura adoratur: Ergò humana natura est Deus. Sicut nec illud: Caro Christi vivificat: Ergò caro est Deus: Error est ex confusione r^æ essentialis & personalis.

3. Veterum doctorum & verba & mentes pervertit & contorquet Sadeel, ne locum dare cogatur veritati: quod patet cuiusvis testimonia patrum accuratè inspicienti: Athanasius oratione 5. contra Arianos: Quomodo corpus Domini non esset adorabile? Chrysost: Ebr. Christum secundum carnem iussit Pater à cunctis angelis adorari. Theod. dial. 2. Corpus Dominicum divina glorificatum gloria, & cælestibus potestatibus adoratur. Infinita alia: quæ dum sic præfactè Sadeel pervertere conatur, studiis veritatis ei tribuere nos minimè possumus.

4. Caro Christi adorat Deum Iohan. 4. minor scilicet eo et inferior: & adoratur ab angelis & hominibus, juxta scripturæ & piæ antiquitatis

testimonia. Philip. 2. Apocal. 4. & 5. Agnue adoratur, qui occisus est. Augustinus Psal. 89. Nemo carnem illam (Christi) manducat, nisi prius adoraverit. Damasc. lib. 3. cap. 8. Non creature venerationem præbemus: non enim ut nudam carnem adoramus, sed unitam deitati, in unam hypostasin λόγῳ duabus reducta naturis.

5. Ex adoratione quomodo omnipresentia colligatur: ita demonstro. Adoratio præsupponit fidem seu fiduciam in id, quod adoratur. Quomodo enim invocabunt, in quem non credidère? Rom. 10. Fiducia verò illa respicit in exauditionem & auxilium. Frustra enim confidis, nisi ei qui possit & adesse, & exaudire & ferre opem. Omnia itaq; hæc in adoratione intelliguntur: quod Sadeel non negat. At enim ipse, idè Deum adorari, quia sui omnipotens, bonus, justus, &c. In quam sententiam Basilius, Nazianzenus & Cyrillus elegantem quasi funiculum solent ita connectere: sicut baptizamur ita credimus: & sicut credimus, ita adoramus & invocamus. Baptismus autem certè carnem Christi includit: quia in mortem Christi baptizamur: & sanguine Christi abluimur. Fides ergò & invocatio diriguntur ad ipsam etiam Iesu Christi humanam naturam: quam proinde presentem nobis esse oportet, ut tum exaudire invocantes, tum auxiliari possit adversa patientibus, juxta illud Psalmi 91. Tecum sum in tribulatione, eruum &c. Quod

Quod attexit Sadeel de æternitate atque immeritate: *suprà responsam fuit: non sequi: P. 193.* Caro est vivifica: Ergò & aterna. Et addita ratio est, cur non sequatur. Hoc sanè argumentum de humana nature Christi adoratione, sic puto perspicuum, firmum & solidum esse: ut si accurata & iusta tractatione proponatur ex scriptura, & Patrum testimonijs, casum esse oporteat, qui non videat proterviam diaboli malitiam in hoc Christianæ fidei articulo impugnando. Sed satis.

Objectio decima. Solis cursus inhibitus.

Argumentum hoc neque verâ formâ, à Sadeele est propositum: neque ad id probandum directum, quod Sadeel attexit. Calumnia illa est toties iterata, de corpore circumscripto & incircumscripto simul. De quo quid liber Concordiæ statuatur, *suprà est expressis verbis recitatum.* Responsione itaq; nulla hic erat opus. Sed tamen nos argumentum informabimus, & quid inde concludatur, ostendemus.

Vociferantur nonnulli, & in his Sadeel, everti naturam corporis, si corpus Christi statuatur præfens in pluribus, quàm uno, locis.

Contrâ nos offerimus exempla miraculorum, in quibus multa fiant contra naturam.

absque tamen creaturarum everfione vel abolitione: ut in igne non urente: in ferro natante, &c. Inter alia allegatur etiam exemplum de sole immobiliter stante. Ioban. 10. Sol enim ex natura sua, inde à prima creatione est semper mobilis. Stat igitur sol contra naturam. Nec tamen sol esse desinit. In hunc finem ejusmodi exempla afferuntur, non, ut Sadeel nugatur, ad probandam immediatè omnipræsentiàm corporis Christi, vel ejus circumscriptionem & incircumscriptionem: sed ut ostendatur, DEVM non esse alligatum cõmuni bus naturæ legibus, quasi non possit præter & ultra, imò contra naturam facere, quæcunq; velit. Quo pertinet Augustini illud de agone Christiano cap. 24. Nec nos moveat, quòd clausis ostijs subitò cum apparuisse discipulis, scriptum est, ut propterea negemus, illud fuisse corpus humanum, quia contra naturam hujus corporis videmus illud per clausa ostia intrare. Omnia enim possibilia sunt Deo. Nam & ambulare super aquas contra naturam hujus corporis esse manifestum est, & tamen non solum ipse Dominus ante passionem ambulavit, sed etiam Petrum ambulare fecit. Ita ergò post resurrectionem suam de corpore suo fecit, quod voluit. Idem Epistola 146. Valet diuina potentia de ista visibili atque tractabili natura corporum, quibusdam manentibus, auferre, quas voluerit qualitates. Item: qui ista non credunt.

credunt, nimium de divina potestate diffi-
dunt &c.

Objectio undecima.

Discrimen inhabitationis λόγος in car- P. 195.
ne, & in sanctis.

Sadeel valde languide respondet: ac vide-
tur nolle respondere accuratius: sed nec potest.
Nervum enim habet hoc argumentum.

Ergo ego sic propono: Quæ differunt se-
cundum plus & minus: ea non differunt
toto genere. Inhabitatio λόγος in carne &
sanctis differunt secundum plus & minus:
iuxta Sadeelis sententiam. Ergo &c.

Assumptum patet ex his sadeelis verbis
pag. 196. Sancti suo modo sunt κοινωτοι δι-
vinae naturæ. Et suprâ sæpè: Dona in car-
nem Christi collata excellunt omnia san-
ctorum & angelorum dona. Non igitur
differunt toto genere, sed certis tantum gradi-
bus; tanquam majus & minus.

Quod ait Sadeel: Naturam humanam P. 196.
non simpliciter sustentari à Verbo in unio-
ne personæ: Repetitio principij est. Quid enim
est sustentari in unione personæ? Num:
participem esse finitorum donorum? nec
tamen capace[m] esse essentia τῶν λόγος, quia
infinita est? Profectò si sustentatio est disse-
rentia

ventia specifica unionis : omnes creature sunt unite DEO. In Deo enim vivimus, movemur & sumus. Act. 17. Quid verò sit unio personalis : quia forma n̄ ejus veram & internam in hac imbecillitate perspicere non possumus : ex consequentibus & effectis colligenda est. Iam verò secundum Sadeelem effecta λόγῳ in carne CHRISTI & sanctis differunt secundum majus & minus. Ergò & ipsa unio. Ergò & suo modo & gradu sancti πᾶς λόγῳ sunt uniti personaliter. Absurdum : ἀδύνατον.

Objectio duodecima. Christus est iudex.

P. 196. Respondet Sadeel : Christus est iudex, non quatenus homo.

Respondeo ego : *Vt verbis Christi Ioh. 5. Dedit ei iudicium, ὅτι, quia, vel, ut nonnulli vertunt, quatenus est filius hominis. Si Sadeel intelligat, non tantum, quatenus homo est, sed etiam quatenus Deus : confirmat & id nostram sententiam. Nam si humanitas includitur, non excluditur.*

2. Denudò ludit in voce secundum, ut supra sepius.

3. Marc. 13. Christus nescit diem novissimum.

Respondeo. In statu exinanitionis.

P. 197. 4. Profecit sapientia.

Respon-

Respondeo Habituali sive inherente:
Vel, manifestavit magis magisq; sapientiam di-
vinam personali: er sibi inhabitantem.

5. De Agnoëtis attingit : sed insufficienter
 & subdole. Duplices enim fuere isti. Illi filium
 Dei quædam ignorare : Hi Christum secun-
 dum carnem seu assumptam naturam non
 omnia scire in statu gloriæ dicebant. Vide Ni-
 cephorum lib. 18, cap. 20.

Sadeel : Hoc connexum, inquit, Est
 omniscius, ergò omnipræsens, valet in
 eo, qui est omniscius per se, ac proinde in-
 finitus.

Respondeo. *Ecquis ergò, mi Sadeel, un-*
quam vel est, vel fuit, vel erit omniscius per ac-
cidens ? Sic enim tu illa opponis, per se, & per
accidens. Nos rectius ita loquimur : Christus,
quæ homo, est omniscius : non per se, id est, non
ex essentiali aliqua humana facultate aut pro-
prietate : sed personaliter, id est, vi & benefi-
cio unionis personalis, vide quæ supra disputa-
ta sunt de discrimine per se & non à dō. pag.
 37. apud Sadeelem.

At Sadeel : Infinitas neq; dari potest,
 nec accipi.

Respondeo. *Ad illud ego subsumo. Omni-*
scientia data est à λόγῳ, accepta à natura hu-
mana. Ergò non est infinita. At ex omniscientia
probaturspiritus sanctus esse Deus. Huc abri-
pui tandem homines studium illud in Theologi-
cis sophisticandi.

Cura

Cum scientia sit animi, inquit, quid facit ad omnipræsentiam corporis.

Respondeo. Cum infinita illa omniscientia non aboleatur anima, quæ finita est: etiam corpus non evertitur omnipræsentia, ut vult Sadeel.

Objectio decimatertia. Samosatenus. Nestorius.

P. 197. Excusat se de hæresi Samosateni: sed ita,
198. ut pijs non satisficiat, Negat enim nihilominus naturas communicabiles: & manifestius etiam supra negavit pag. 157.

Quod addit de confusione naturarum: calumnia est. Non enim illam vocemus vel agnoscimus: sed talem tradimus tum naturarum tum proprietatum communicationem, quæ fiat sine omni confusione vel transfusione, ut sæpè dictum est. Porro Samosateni hæc erat hæresis, quòd docebat τὰς δύο φύσας τῆς αὐτῆς ὡς ἑνὸς ἀκοινωνήτας πρὸς ἑαυτὰς, naturas esse omninò incommunicabiles inter se: ut refert Theodorus Presbyter & Suidas. Non autem negabat expressè, Christum esse Διὰ τὸ θεογονῶν, quemadmodum fingit Sadeel. Concedebat enim duas in Christo naturas, sed κοινωνίαν earum negabat: quod ipsum facit Sadeel cum suis.

De Nestorio frigide respondet. Quæro enim ex Sadeele: annon solvit Christum: quæ naturas

naturas unitas discerpit? ut λόγος sit incarnatus in cælis: in terris sit λόγος & extra suam carnem, & sine ea? Quare amplius: Maria genuit Deum? Imò. Atqui si non est realis naturarum communicatio: Deus gigni ex Maria non potuit. Sed Sadeeli verbalis est illa communicatio: ut verba quidem concedat: rem verò ipsam acriter neget cum Nestorio. Negabat idem Nestorius carnem Christi vivificantem: quod ipsum facit & Sadeel. Vide de Nestorio Cyrillum: qui graviter ipsum refutavit: & Concilium Ephesinum. &c.

Transitionem facit Sadeel P. 199.

ad dictorum scripturæ explicationem. Præmittit autem quedam theoremata, quæ notanda sunt.

1. Quædam dicuntur de Christo, quæ secundum divinam ejus naturam tantum intelligenda sunt. Concedo.

2. Quædam dicuntur de Christo, quæ secundum humanam ejus naturam tantum intelligenda sunt. *Assentior.* P. 200.

3. Quædam dicuntur de Christo, quæ secundum ejus personam tantum intelligenda sunt, hoc est: quæ privatim & propriè non pertinent ad alteram ex naturis.

Hic hæret aqua. Hoc enim theorema & nego & pernego. Insidiæ verò Sadeelis aperienda sunt.

sunt. Quod ait: privatim idius & proprie non pertinent ad alteram ex naturis: videri potest, sic intelligendum, quasi extra unionem, ubi privatim natura qualibet consideratur, non sunt ad alteram naturam referenda &c. At longè est aliud, quod querit Sadeel: Nempè esse seu dici nonnulla de Christo, quæ non possint naturæ vel utriq; vel alterutri tribui, sed soli personæ. Id quod sole hoc meridiano erit clarius ex sequentibus disputationibus.

Hic errori, sanè periculossimo, contradicendum est. Nam 1. sù Christi persona est divina natura τῷ λόγῳ, & humana assumpta natura unitæ. Quare: Quicquid de persona Christi dicitur: aut dicitur de natura alterutra: aut de utraque simul. Hic nihil est tertium. Non enim Christus est tertium aliquid, quod nec divina; nec humana natura sit: non est unius compositæ naturæ vel substantiæ, ut ait Damascenus lib. 3. & 19: sed due perfectæ et integræ naturæ unus sunt Christus. Et rectè monet Cyrillus: Cum quippiam de Christo enuntiat, diligenter attendendum est & distinguendum: utrum de utraq; illius natura, an verò de altera tantum, & de qua accipiendum sit. Atq; sic theoremate Sadeelis tertio expugnato: profectò non habet Sadeel in posterum, quod respondeat: sicut progressus demonstrabit.

4. Quædam dicuntur de Christo Deo, quæ secundum ejus humanam naturam P. 201. intelligenda sunt.

5. Quædam dicuntur de Christo Homine, quæ secundum ejus divinam naturam intelligenda sunt.

Hæc duo theoremata, si candidè, & sine sophistica, adhibentur: sicut & duo priora, admittito. Addo autem hoc Leonis ex epistola 81. dictum: Non interest, ex qua Christus substantia nominetur, cum idem sit & totus hominis filius, propter carnem: & totus Dei filius, propter unam cum Patre deitatem.

Breviter: Theorema 1, 2, 4, & 5: ad communicationem idiomatum pertinent, in primo genere. Tertium autem pertinet partim ad secundum, partim ad tertium genus communicationis. Quod cum Sadeel non observet, fieri non potest, quin error consequatur. Christus enim mediator est, rex, sacerdos &c. juxta utramque naturam. Item: Christus in statu gloria, ad dextram Patris, divina omnipotentia gubernat mundum & Ecclesiam, juxta utramque naturam: sicut ex sequentibus fiet manifestum.

Quæ Sadeel hic addit: de toto Christo, & toto Christi: de his satis supra dictum est.

Explicat enim voces abstractum, concretum: nimis tenuiter. Nam utramque vocem refert ad naturas: Abstractum quidem, ut *καθ' ἑαυτὴν* & absolutè: Concretum verò ut relatè.

seu quatenus unite illæ significantur. Duplex autem potissimum illarum usus est: Scholasticus et Etymologicus seu Grammaticus. Apud Scholasticos regula hæc est: Abstracta vocabula supponunt pro naturis: Concreta pro persona. Grammaticè abstracta dicuntur, quando natura abstractè consideratur: id quod fit multipliciter. Qua de re vide D. Chemnitium de duabus naturis in Corisfo, pag. 10. 11. 12. &c.

P. 202. LOCUS I. De sessione ad dexteram

DE I: ex Psalmo 110. Ephes. 1.

1. Petri 3. &c.

Negat Sadeel consecutionem: quia procedat argumentatio à persona ad humanam naturam: quòd non sit universale.

Respondeo ego: sessio Christi ad dextrâ Patris, convenit ipsius persone: vel juxta solam divinam: vel juxta solam humanam: vel juxta utramq; naturam simul. Atq; juxta divinam non competit. λόγος enim est ipsa dextra Dei: nec opus habet in tempore ad eam exaltari. Neque negat id Sadeel. Ergò competit Christo juxta naturam humanam. Atq; hic repeto axioma de datis in tempore.

P. 203. Quomodo veteres interpretati sint sessionem ad dextram: alibi fuse explicatur. In progressu testimonia quedam patrum delibabimus.

Sadeel in explicatione hujus articuli iriæ fuit capita: quæ videamus,

1. *Sit, sessionem à dextris Dei significare æqualem gloriam & imperium cum Deo. Quod bene noletur: alij namq; illud totum denegant.* P. 203.
2. *Sessionem tribui personæ: non alterutri naturæ.* P. 204.
3. *Sessionem à dextris Dei definiri non alibi, quàm in coelo.*
4. *Filium accipere à Patre, ut sedeat à dextris: non humanam naturam à λόγῳ.*
5. *Christum sedentem à dextris Patris fungi officio mediatoris.* P. 205.
6. *Summam gloriam: qualis est victoria de hostibus: ad D E V M referendam.*

Respondeo. *Caput 1. accepto, & urgeo: atq; sic urgeo, ut dicam, caput tertium everti per hoc primum. An enim Dei gloria tantum in caelis est? Annón imperium, omnipotentia & gloria DEI ubique conspicitur? Psal. 103. & 104. &c.*

2. *Persona Christi quidnam est? Annón divina τῷ λόγῳ, & humana natura unitæ? Sessio autem à dextris Christi est. An quatenus λόγῳ est? Negat ipse Sadeel. Ergò quatenus homo est, seu secundum humanam naturam, sed & hoc negat Sadeel. Videat ergò, num ipse ex persona faciat tertium aliquod, quod nec divina τῷ λόγῳ, nec humana natura sit. At reuocet sibi in mentem, quæ aliquan-*

dò ipse dixit de melicrato. Cyrillus lib. 3. Theſ. cap. 1. cui humilitas congruit, hic exaltari quoque dicitur. Humanà verò natura res humilis est. Ipsa ergò exaltari quoque dicitur. Athanasius oratione 4. contra Arián. Quando scriptura loquitur de glorificatione Christi, de carne loquitur, quæ percepit gloriam.

3. Tertium caput per primum eversum est: si quidam cœli voce certum locum intelligi velit. Primasius in cap. 1. Ebra. Cum dicit in excelsis, ostendit illum hominem super omnem creaturam angelicam & humanam exaltatum esse. Bucerus: Nihil, inquit, de eo firmum affirmari potest: An Christus corpore suo circumscriptus sit loco aliquo cœli, sicut Augustinus & aliqui alij patres scribunt. Certo enim verbo Dei niti nostra omnia oportet &c. Quid autem illud est? Sublimior cœlis factus: item: ὑπὲρ ἄνω τῶν ἑσπερίων &c.

4. Quod hic negat Sadeel: alij prolixè concedunt. Danæus sanè dicit expressè: Humanam naturam Christi sedere à dextris DEI. Quæro autem Sadeel: An à accessio quadam facta est τῷ λόγῳ & mutatio, cum inciperet sedere à dextris Patris? In tempore enim id datum est, ut ipse notas, pag. 159. Et vide quomodo tibi constes: qui paulò antè scripseris: pag. 156. Vt credamus humanam naturam in cœlo collocatam, ibi summa gloria perfrui.

At inquis : Christus à Patre accipit sessionem : non humana natura à λόγῳ. P. 204.

205.
 Respondeo. Ex perpetua scripturæ consuetudine : quæ propter essentiæ divinæ unitatem eandem sæpè actionem diversis solet personis assignare. Ut : Pater excitavit filiū à mortuis. Filius seipsum excitavit à mortuis. Nulla hic pugnantia : propter essentiæ divinæ simplicissimam unitatem. Atque est unio personalis, ut supra in ejus definitione diximus, opus totius S. S. Trinitatis : ubi Pater & Spiritus sanctus non excluduntur : majestate scilicet, non susceptione, ut ait Augustinus. Ait enim Christus : Pater in me est : & ego in Patre. Iohan. 14. Omnia quæcunque habet Pater, meæ sunt. Iohan. 16. Omnia, quæcunq; facit Pater, eadem & filius facit. Iohan. 5. Ego & Pater unum sumus : Iohan. 10. Quò pertinet & illud Coloss. 2. In ipso habitat tota plenitudo divinitatis corporaliter. Demus autem Sadeeli hoc : Christum à Patre accipere sessionem à dextris. Quæro enim, Accipitne ut DEVS ? aut, ut homo ? id est, an secundum divinam naturam, an humanam ? Non secundū divinam : quæ est ipsa dextra Dei ab æterno. Ergò secundum humanam naturam : id quod negat Sadeel : sed negat contra scripturam : contra piam antiquitatem : imò & contra suos ipsius gregales : dixerim etiam, contra conscientiam. Leo Romanus Epistola 21. Quæ filius Dei in forma
 Q 3 servi

servi à Patre accepit : eadem in forma DEI etiam ipse donavit. Theodoretus in Psalm: 21. Pater non tanquã Deo dicit : Sede à dextris meis : Thronus enim ejus æternus est, Ut homo ergò hujus honoris est particeps.

5. Officium mediatoris : an etiam ad humanam naturam pertinet ? Profectò. Ergò & sessio ad dextram Dei. Nisi fortè blasphemes Sadeel : mediatoris officium ad neutram naturam, sed ad personam, qua nec divina nec humana natura, vel utraq; sit, referenda esse. Idem, dico de rege, sacerdote, capite, cui certè aliquid congruat necesse est cum suis membris.

6. Concedo divinam gloriam ad Deum referendam, tanquam originem & fontem, At non inde sequitur denegandam humanam naturam in Christo. Nam & ipsa sessio (ut & vivificatio, & alia) pendet à Deo sic, ut nisi Christus verus esset Deus, nunquam sedere posset à dextris Dei.

P. 205. Colligit ex his Sadeel : personam, non naturam humanam, sedere ad dextram Dei : alioqui fecuturum : Carnem esse Deum.

Respondeo, Estne igitur, ô Sadeel, exclusã humanitas Christi à sessione ad Dei dextram? Sed es mirabilis. Paulò inferiùs ais : Christum exaltatum propter humanitatem : quam hic non vis, intrmittere in thronum Dei. Sed sic ego arguo.

Sedere

Sedere ad dextram Dei : est æquale cum Deo habere imperium & gloriam. Humana Christi natura sedet ad dextram Dei. Ergò &c. *Propositio Sadeelis est. Assumptio est ipsorum etiam Sadeelis ομοιότητος.*

De voce secundum rursus litem movet P. 106. Sadeel : quòd notet essentialem proprietatem. At novit sadeel, hoc sensu hoc non accipi ab Orthodoxis. Sophistam igitur agit. Ad evitandam illam ambiguitatem sic informo : Humana natura Christi : seu : Christus, quatenus homo : si ve ratione humanæ naturæ. *Quæro autem : Christo in tempore data est omnis potestas : secundum quam naturam ? Respondeo. Secundum humanam. Vident hic omnes, vocem secundum non accipi de essentiali proprietate : sed designare respectum naturæ alterutrius in Christo. Verùm his hominibus volupe est sectari amphibologias, ut vitent veritatis robur. Et si his terminis utamur : Humana natura Christi, Caro Christi : &c. statim conqueruntur magna vociferatione de abstractis. Quid ergò ? An sanum vocabulorum usum propter illos clamores abjicimus ? Quinimò fruemur ea libertate, ut cum scriptura & sanctis patribus loquamur, in vitis vel ipsis inferorum portis, Non nego in primo genere communicationis idiomatum vocem secundum accipi pro essentiali proprietate denotanda : ut : Christus est semen Abrahæ : κατὰ σάρκα, secundum carnem : Christus*

mortuus est σαρκί, in carne, vel, secundum carnem. Sed in tertio genere communicationis sic Patres ex scriptura αναλογίᾳ usurpant, ut obiectum notet certum, & certam naturam in Christo designet; item, ut causam indicet: sicut supra illud annotavimus.

P. 207. Dicitur Petri Act. 2. Fecit eum Dominum &c. interpretatur Sadeel de persona; non de humana natura. Alioqui sequeretur, inquit, Christum esse tantum secundum humanam naturam Dominum.

Respondeo. Neq. vera est Sadeelis interpretatio: neq. id sequitur, quod vult. Christus quā Deus, est Dominus ab eterno: quā homo, factus est Dominus in tempore. Bene difficiat Sadeel, quomodo ab Arianismi suspitione se purgare velit: quando talem nobis obtrudere vult deitatem τῆς λόγῃ, quæ sit in tempore multis aucta dotibus, honoribus, potentia. Leo Rom. Epistola 22. Huic (deitati) si addita potestas, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas: minor erat provehente. Epiphanius lib. 2. Tom. 2. contra Arriamanitas: Dominum & Christum Deus fecit, id quod ex Maria conceptum, & Deitati unitum est.

Tandem seipsum colligens Sadeel, concedit Humanam naturam esse participem sessionis: sed ait: suo modo: & quatenus humanæ naturæ conditio ferre potest.

Respon-

Respondeo. Quid est sibi ipsi contradicere, si hoc non est? Suprà negavit naturam humanam Christi sedere ad dextram Dei. Hic ait: naturam humanam participem esse sessionis. Estne igitur etiam particeps maiestatis, gloriæ, imperij? Hoc iterum negat summis viribus: ut & hactenus audivimus, & sæpius etiam postea audiemus.

Hoc verò accurate notetur: Duplicem P. 208. nobis describit sessionem à dextris D E I.

Primam: quæ λόγῳ competat, quæ sit patefactio summa summæ gloriæ. At illa profecto patefactio multò erit illustrior in extremo die. 1. Pet. 4. ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῆς δόξης αὐτοῦ. Eousque igitur plenaria sessio ad dextram differenda? Et si ex patefactione astimanda est illa sessio: admittet majus & minus: quia non semper æquè conspicitur illustris. Annon verò ὁ λόγος ab æterno sedit ad dextram Patris: imò est dextra Dei? Denique suprà sessionem illam descripsit Sadeel non patefactione: sed æquali imperio & gloria cum Deo.

Alteram: quæ humanæ naturæ competat, quæ sit summa illius illustratio tum beatitudinis, tum imperij, in res omnes creatas. Ast neque hic suprà à Sadeele descripta fuit sessio illa. Et tamen, si per sessionem datum est Christo, quæ homo est seu, secundum humanam naturam, imperiū in res omnes creatas: Quæ:

Q 5 estne

estne imperiū illud finitum, an infinitum? Nam nulla certē finita potestas mundum gubernare potest. Infinitum ergo si est imperium: & tribuitur humanæ naturæ Christi: nec tamen illa destruitur: Nec igitur destruetur omnipresētia, licet infinita &c. Veteres humanam Christi naturam sæpè dicunt: $\sigma\acute{\alpha}\nu\theta\rho\omicron\nu\mu\ \tau\tilde{\epsilon}\varsigma\ \delta\epsilon\tilde{\iota}\tilde{\varsigma}$.

Ait Sadeel: Quam (gloriam) ad tempus non exeruit (ὁ λόγος).

Respondeo. Pater meus operatur: Et Ego operor, ait Christus Iohannis 5. Operari: & non exerere: an Sadeeli non sunt contraria? Suprà pag. 108. negarat $\kappa\tau\tilde{\epsilon}\rho\ \iota\psi\ \&\ \chi\tilde{\epsilon}\sigma\iota\psi$ in Deo differre. Quæ hominis constantia?

Simile quod affert: de lucerna: accepto, Lux lucet ex lucerna, & per eam clarissimè & latissimè: Sic in carne sua & per eam lucet ὁ λόγος, ita ut non sit extra eam, & ut ab ea & per eam nunc sit nobis lux illa splendidissima: quia in carne seu corpore Christi, tanquā templo, habitat, & (ut ad similitudinem alludamus) veluti in lucerna splendet & lucet, $\omega\tilde{\alpha}\rho\ \pi\lambda\acute{\epsilon}\rho\omega\mu\alpha\ \tau\tilde{\iota}\varsigma\ \delta\epsilon\tilde{\iota}\tilde{\varsigma}\ \tau\tilde{\alpha}\tau\tilde{\omicron}\varsigma,\ \eta\tilde{\omega}\tilde{\lambda}\ \tilde{\alpha}\ \pi\acute{\alpha}\nu\gamma\alpha\sigma\mu\alpha\ \tau\tilde{\iota}\varsigma\ \delta\acute{\omicron}\xi\mu\varsigma$. Coloss. 2. Hebr. 1.

P. 209.

Redarguit argumentum de dextra Dei.

Respondeo. Ut sophismata Sadeelis evanescant: sic formo syllogismum. Sedere ad dextram Dei: est habere imperium omnium creaturarum, & ubique præsentem regnare. Psal. 110. 1. Corin. 15. Atque Christus,

Christus, quâ homo, sedet ad dextram Dei. Ergò Christus quâ homo, habet imperium omnium creaturarum, & ubique præsens regnat. Propositio est firmissima ex scriptura: quam Sadeel ipse suprâ approbavit in definitione sessionis. Assumptio uè certissima est. Quid ergò nunc cavillaris, acutè Sadeel.

Incommoda quæ recenset, suprâ etiam fulvè proposita & refutata. Repetit illud: in cœlo, de quo suprâ. Oppono ego: ὑπὲρ ἅνω τῶν ἑσχατῶν. Sublimior cœlis factus &c.

Concedit: imperium Christi hominis esse ubique. Sed negat sequi: Corpus, P. 210. cuius est illud imperium, esse ubique. Illustrat simili à rege: cuius potentia sit latè diffusa, ipso in uno loco præsentè.

Respondeo. Regnum meum non est de hoc mundo, ait Christus, Ioh 18. Deinde: An Christus, ut rex Hispaniæ, vel alius quidam, regnat per Vicarios? Valet nè hoc simile etiam de ipso Deo? Item: Num regnat Christus sic potenter, ut locorum etiam διαστήμασι possit imperare, ne suam intervertant præsentiam à creaturis? De modo & qualitate regni quid iudicandum? An ab Ecclesia: quæ regnum Christi est: & à sacramentis abest? ut per vicarium Papam administrari, gubernari & protegi sit opus? Sed ait ipse, cui securus credo, quicquid contrà Sadeel argumentetur: ipse Ego, inquit, sum in medio ipsorum. Vobiscum sum, &c. Matth. 18. 28. Eph. 14. Apoc. 1. &c.

Quaritur

Querit: An humana Christi natura
P. 211. sedeat ad dextram Dei ex unione: an, ex
glorificatione.

Respondeo, *Loquimur cum scriptura*:
Christum post resurrectionem ascendisse ad cae-
los, & sedisse ad dexteram Patris.

At infert Sadeel: Ergò omnipræsentia
Christi non pendet ab unione: sed à glo-
rificatione.

Respondeo. Imò & ipsa sessio pendet ex
unione. Nisi enim personaliter unita τῷ λόγῳ
fuiſſet caro: per venire ad hunc ipsius Dei thro-
num nunquam potuiſſet. Deinde: quia filius
Dei est ipsa dextera Dei: Et ille assumpsit car-
nem in sua persona unionem: non video, quo-
modo possit improbari id, quod quidam dicunt,
in ipso unionis momento carnē Christi ad dex-
teram Dei evectam esse. Gregorius Nyſſenus:
Dextera Dei omnium creatrix, per quam omnia
facta sunt, ipsa hominum unitum per unio-
nem evexit ad propriam celsitudinem. Et si
enim in statu humilitatis Christus, quā homo,
non semper exeruit suam potentiam: inde ta-
men minimè consequitur, quòd omninò non ha-
buerit. Plenarius enim usus demum cœpit ab
exaltatione. Illud autem Apostoli profectò ve-
rum est inde ab ipsa conceptione Christi. In ipſo
habitat πᾶν πλήρωμα τῆς θεότητος & σωμα-
τικῶς. Coloss. 2.

Quod

Quod negat Sadeel, Christum glorificatum ante resurrectionem. Videat, quomodo conciliet cum 17. cap. Matth. ubi glorificatio in monte describitur: de qua sic Petrus 2. Epistola 1. vidimus gloriam ipsius, inquit, &c. quando cum eo eramus in monte sancto, vide supra.

Arguit: Si fessio ad dextram refertur ad unionem: Ergò non ad glorificationem: & vicissim.

Respondeo. ἀνακολλησις. Fundamentum est unio: ex qua ipsa etiam dependet glorificatio: qua nihil est aliud, (post resurrectionem) quam illustris quaedam in divinam gloriam & potestatem, & quasi solennis inauguratio, elenchus est oppositorum. Non enim contraria sunt unio & glorificatio, ut falsò statuit Sadeel. Sed sunt ὑπάρχουσα & subordinata. Pertinet huc de rege minorenni similitudo: qui prescripto ætatis tempore regno inauguratur &c.

Locus secundus. Omnia data sunt filio.

Scater Sadeelis responsio, hoc loco, magno P. 212. Sophisticationum cumulo: ideoq; diligentius, attamen paucis, examinanda omnia fuerint.

1. Dicit: Concludi à persona ad naturam: quod fieri non debeat.

Respondeo. Data est in tempore Christo omnipotentia: non iuxta divinam naturam (ea

(ea enim est ipsa omnipotentia) ergo iuxta humanam. Habet hic Sadeel rationem, cur à persona ad naturam humanam argumentemur. Sed & supra ille Sadeelis error refutatus fuit plenius. Athanasius oratione 4. contra Arrianos: & de suscepta humanitate contra Apollinarem: Quaecunq; scriptura dicit accepisse filium, siue quòd glorificatus sit filius, ratione humanitatis illius, non deitatis, loquitur &c.

2. Malè concluditur ab imperio ad præsentiam corporis.

Respondeo. Conclusio orthodoxa hæc est. Qui est omnipotens: is profectò potest esse præsens ubi vult. Atqui Christus, etiam quâ homo, est omnipotens. Ergò Christus, etiam quâ homo, profectò potest esse præsens, ubi vult: Puta, in Ecclesia, in sacramentorum administratione, in medio inimicorum &c. Quid hic carpis Sadeel? De voluntate enim constat Matth. 18. 26. 28. &c. Et oppositum fuit hoc argumentum blasphemæ isti voci: Si Deus omnes nervos suæ omnipotentia intendat, non potest efficere, ut unum corpus simul sit in pluribus locis. Horrendum.

Ait: Christus è Cælo venturus est: Ergò corpus non est ubique.

Respondeo. Probetur consecutio, Deus in cælo apparet. Ergò non est ubique. Deinde, quis cælorum naturam edocuit Sadeelem? Deniq; modi presentia distinguendi sunt. Aliter

Christus

Christus in cælo, aliter in cæna: aliter in Ecclesia &c.

Ex donis Spiritus S. non intelligitur omnipræsentia corporis.

Respondeo, Sed hoc tamen inde colligitur: Corpus CHRISTI non destrui infinitis donis.

Christus $\Delta\epsilon\acute{\alpha}\nu\theta\epsilon\omega\pi\text{Q}$ accipit summum jus.

Respondeo. Iuxta quam naturam accepit? Certè juxta humanam.

Suo modo: inquit Sadeel: etiam humana natura est particeps imperij & gloriæ, quatenus ejus conditio fert.

Respondeo. Modum illum relinquo Deo. & simpliciter dico ex scriptura indubitata fundamentis, etiam humanam naturam illam $\omega\alpha\eta\epsilon\alpha\tau\ \omicron\gamma\iota\alpha\upsilon$ ut Greci ex Matth. 28. cap. vocant, habere.

Nota calumniam: Qui intelligunt humanam naturam per se duntaxat.

Respondeo. Intelligitur à nobis humana natura non per se, sed in & propter unionem, id est, non natura humana duntaxat, sed persona, Christus. $\Delta\epsilon\acute{\alpha}\nu\theta\epsilon\omega\pi\text{Q}$, juxta humanam naturam.

Arguit ex Esa: 45. Phil. 2. judicium esse Dei.

Respondeo. Quid verò hinc concluditur? Ergò non Christi hominis, seu quatenus Filius hominis est? Falsum ergò (quod absit) dixerit Christus

P. 214. *Christus Iohan. 5. Idem respondeo ad locum Heb. 1. Hoc concludendi genus est de Christo falsissimum. Deus vivificat: Ergò non caro Christi. Deus mundat à peccatis: Ergò non Christus, quâ homo est. Apage istas φλωεΐας.*

Rursus calumnia: per se de natura humana.

Respondeo. Nos expressè affirmamus pertinere ad Christum θεὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς: sed ita, ut non excludatur, verùm includatur humana natura.

Arguit: Si locus: Data est mihi omnis potestas &c. intelligatur de humana natura; sequitur Patrem incarnatum. Esse enim relationem patris ad filium.

Respondeo. Data est omnis potestas à patre Christo: qua homo est. Et Deus enim habuit, (imò est ab aeterno) omnem potestatem. Demonstretur hinc sequi, quòd Pater incarnatus sit. Forsan & hoc Sadeeli sequetur: Si Spiritus sanctus habitat in carne: Ergò S. sanctus erit incarnatus. Sed respondet eleganter et vere Augustinus Sermone 4. de tempore, Suscepit filius carnem in proprietate personæ, sed tamen & Pater & S. sanctus non defuit majestate. Cum ergò una sit deitas, implevit quidem carnem Christi & Spiritus sanctus, sed majestate, non susceptione. Dicit enim: Non sum solus, sed Pater mecum est. Item: Iesus plenus spiritu, Hactenus Augustinus. Repete etiam hic supra allatum testimonium Theodoretii & Leonis.

Si Pater communicat humanæ naturæ divinas proprietates. Ergo Pater personaliter assumpsit humanam naturam.

Respondeo. Idem est cum proximo. Respondet autem hic Epiphanius lib. 2. Tom. 2. contra Ariamanitas, Pater dat filio: & Filius qui non minor est Patre, accipit, juxta duos maxime modos &c. ut primò una deitas Trinitatis indicetur. Deinde quod incarnatio cum deitate assumat donatam ipsi à patre et filio dignitatis donationem, & potestatem, & perfectiorem, & ad unam spiritualem deitatis cognitionem. Et Cyrillus 6. Dialog. Quod est à patre, hoc omnino opus est filij. Idem lib. 4. Theol. c. 12. Tota Trinitas vitam filio, ut homini præstat.

Negat: Humanam Christi naturam re- P. 215.
suscitare posse mortuos: quia, inquit, ipsa à Dei virtute excitata est.

Respondeo. Impietas; Ego sum resurrexio & vita, ait Christus. Epiphanius. libr. 3. Tom. 2. contra Dimaritas: Ipsum verò corpus naturam habens mortalem, supra suam naturam surrexit, propter verbum in ipso. Hippolytus apud Theodoretum dial. 3. Etiam mortuum existens corpus Domini magnam in se habet ζωὴν δαῶν, &c. Et cur caro Christi vivifica est.

Arguit: Si carni ea tribuuntur: Ergo non λόγος.

R Respon-

Respondeo. *Ἰμὸ λόγῳ* seu Christo, secundum carnem, ὄτι, quia, seu, quatenus filius hominis est. Carni enim nihil unquam tribui potest, quin idem Christo tribuatur: cuius ad personam unionem Caro erecta est, & in ea subsistit. Quod semel monuisse satis esset, nisi tam frequenter calumniaretur Sadeel de natura humana absolute, per se, duntaxat &c.

P. 216. De loco Philip. 2. De forma Dei: & forma servi. Per *μορφῶν* intelligit essentiam. Ait Paulum agere non de natura humana, sed de persona; idq; multis incommodis conatur probare.

Respondeo. Intelligimus hoc dictum de Christo: sicuti & Pauli verba & veterum doctorum vestigia. *Μορφῶν* verò est, quando natura aliqua seu essentia ita consideratur, sicut idiomatis, attributis & conditionibus prædita, & quasi vestita & ornata est. Qua parte a nobis Sadeel non dissentit. Scopum autem Apostoli pervertit. Ait enim Paulum loqui de Filio DEI & ipsius incarnatione. Falsum hoc. Sed loquitur Paulus de Christo incarnato: cuius exemplum proponit nobis imitandum in vera humilitate. Vide textum. Ex inanitionem nos referimus ad Christum: sed ratione humana non divina natura: & quia exaltatio, illi opposita, ad divinam naturam referri non debet, nec potest. D. Hieronymus, postquam recitavit, quosdam hanc locum accipere de deitate: subjungit:

Quia

Quia se assumptus homo humilitate dignatus est, divinitas, quæ humiliari non potest, eum qui humiliatus fuerat, exaltavit.

Incommoda, quæ recenset Sadeel, tol- P. 216.
luntur omnia hac simplici responsione: Loqui 217.

Paulum de CHRISTO, sed juxta carnem, non juxta divinam naturam: quemadmodum id argumenta & plurima & gravissima demonstrant. Facit enim mentionem τῆς κενώσεως, crucis, mortis, exaltationis, &c. sicut audiemus.

Quæ disputat Sadeel de servili forma: scilicet P. 217.
cium pro nobis, contra Sadeelem. Christus enim secundum humanam naturam gessit se infar servi: textit gloriam suam: sic, ut pro nudo homine vulgò haberetur. 218.

Concedit Sadeel: Christum deposuisse P. 219.
servilem formam, id est, mortalitatem: Et tamen, ne videatur agere contra suos socios, asserit, formam servi manere. Vtitur argumento duplici: Quia Christus Patrem vocet suum Deum, Iohan. 20. & Hebr. 1, dicatur minister sanctuarij.

Respondeo. Respectu Dei semper Christus est inferior & minor, juxta humanam naturam. At respectu totius mundi, id est, omnium creaturarum Christus jam est Dominus: est rex Ecclesie et sacerdos. Quomodo ergò servus? Iohan. 14. Non dicam vos servos, ait Christus. Et jam Sadeeli ipse erit servus: alijs verò gregalibus

libus etiam noster conservus. Num autem ἄ-
 τωγος Hebr. s. servum notat? Annon Domi-
 nus Ecclesie Christus est? Regnum enim Christi
 Ecclesia: cujus ipse rex & caput. Sed sic bono-
 rant Christum fanatici.

P. 220.

Deitas non exinanitur.

Respondet Sadeel: λόγος se exinanivit,
 quatenus humanam naturam assumpsit,
 In quam sententiam multa affert.

Respondeo ego: Non jam agi de inclina-
 tione miserationis τῷ λόγῳ & obediētia ipsius,
 Patris voluntatem exequentis: sed πειρῇ τῆς
 κενώσεως, de evacuatione divinae potentie,
 quam non usurparit Christus. Si enim sic intel-
 ligenda est exinanitio, quomodo Sadeel eam
 describit: tum finem illa suum sortita est in in-
 carnatione, postquam ὁ λόγος est factus ho-
 mo. At verò ἡ κένωσις, de qua Paulus agit, ini-
 tium in incarnatione habuit suum. & duravit
 usque ad resurrectionem. Deinde τῇ κενώσει
 opponitur ἡ πειρῇ τῆς κένωσεως: quam qui divina na-
 tura tribuit, fenestras aperit Arianismo, et quid
 multis est opus? Scribit ipse Sadeel: Filius Dei
 est exinanitus propter humanam naturam,
 Nisi itaq; ἀμφιβολία sectaretur in voce pro-
 pter, res esset confecta.

Sed ait Sadeel; λόγος dicitur exinani-
 tus: sed non caro exinanita.

Respondeo. Quid hoc rei? λόγος est
 exinanitus, non ratione divinae naturae, sed pro-
 pter

pter carnem, vel, ut ego explico, ratione carnis, seu humane nature: Et tamen caro non est exinanita?

Respondet autem Sadeel à simili: Solis & nubis. Opposita nubes solem nobis obscurat: at ipsa non obscuratur.

Respondeo: Agnosco similitudinem, qua Nazianzenus & Ambrosius usi sunt: Verum illa non est extendenda latius, quam ad scopum propositum. Nam quod ait Sadeel: Nubem ipsam non obscurari, sed tantum opponi soli, ut ille ad spectantibus obscuratur: longè res aliter habet in humana natura Christi, per quam divinitas non obscuratur, sed maxime redditur illustris & gloriosa, ut ipse non negat Sadeel. Ac patet hinc etiam dissimilitudo: quod nubes ipsa, obscuratiōe finita, non fit lucidior: quemadmodum natura humana exaltatur ab exinanitione, et exchitur in thronum dextræ Dei: quare proxime dictum est. Rectè autem sic adhibetur similitudo: ut obscuratur sol nube opposita: ita divina gloria in Christo absconditur per exinanitionem. Et vicissim: ut remota nube sol apparet lucidissimus: sic Christus, sol ille iustitiæ, post absolutam exinanitionem sui, et cælesti gloria in dextrâ Dei. Ut ita in similitudine nubi respondeat, non humana natura, quod vult Sadeel, sed exinanitio. Ea enim est illa nubes, quæ gloriam Christi aliquandiu quasi abscondebat.

Exinanivit : Ergò ad carnem referendum.

Respondet Sadeel : non sequi. Affert *Ἐυ-
σάριπ* Filius DEI descendit de cælo. Non
licet id referre ad naturam humanam :
Etiam si descendere non dicatur propriè
de Deo.

Respondeo, 1. *Ἐλεγχος* à particulari ad
universale. Deinde tò descendere ibi sumitur
non propriè, sed *ἀνδρωποπαθῶς*, & peculia-
ri modo scripturæ. At Paulus propriè dicit
ἐκείνωσ : quod patet ex opposita *ὑπερυψώσε*.
Prolixior autem istius dicti explicatio sequetur
loco quinto.

P. 221. Retorsio nihil concludit : Non enim de
humana natura per se, ut calumniatur Sadeel:
sed de Christo ratione humanæ naturæ, locum
intelligimus. Deinde peccat Sadeel opponendo
causas subalternas : unionem & glorificatio-
nem : qua de re in extremo loco proximo.

Locus tertius. Glorifica me
gloria. Iohan. 17.

P. 222.

Respondet Sadeel, 1. A persona ad natu-
ram malè concludi. 2. Colligit absurda,
3. Affert auctoritatē scholasticorum. 4. Rur-
sum facit duplicem glorificationem : alte-
ram quæ λόγῳ, alteram quæ carni conve-
niat.

Respon-

Respondeo. Toti huic solutioni præter ea, quæ suprâ hac de re dicta sunt, oppono totam eruditam antiquitatem. Athanasius de suscepta humanitate contra Apollinarium. Quæcumque, inquit, scriptura dicit accepisse filium, siue quòd glorificatus sit filius, ratione humanitatis illius, non deitatis loquitur. Cyrillus lib. 10. Thes. cap. 9. Non sibi λόγος à Patre gloriam petebat, qua, sicut naturâ Deus, non indigebat: sed paternam gloriam in hominem, quem assumpsit, petendo ut homo, traducit. Hilarius de Trinit. lib. 9. Gloria non verbo, sed carni acquirebatur &c.

Ait Sadeel: Natura humana in abstracto &c.

Respondeo. Calumniâ. Dicimus: Christus petit gloriam: non autem ut Deus: sed ratione assumptæ naturæ: cuius est propriû à Deo accipere, secundum Cyrillum lib. 8. Thes. c. 1.

Arguit: Gloria æterna est. Ergò caro erit æterna.

Respondeo. & οὐδέλογισον. Nec enim λόγος infinitus & æternus carnem suam facit infinitam & æternam: etsi vivificam facit, & omnipotens, & omnipotentem. Vide suprâ.

Rursum arguitur: Æterna Christi gloria est, quòd sit Deus & filius DEI. Hæc dici de carne non potest.

Respondeo. Atamen potestas æterna est, ut qua Daniel. 7. cap. quem antiquus ille

rum dat filio hominis. Hilarius de Trinit. lib. 3.
 Verbum caro factū orabat, ut id, quod de tem-
 pore erat, gloriam ejus claritatis, quæ sine
 tempore est, acciperet, ut in Dei virtutem &
 spiritus incorruptionem transformata carnis
 corruptio, absorberetur.

P. 223. Glorificatio, inquit Sadel, est opus ad
 extra. Ergo non æterna.

Respondeo. Gloria est æterna: Glorifi-
 catio autem facta in tempore. Quemadmodum
 Messias ungitur, unguento Spiritus sancti. Un-
 guentum, nempe Spiritus sanctus, est æternum.
 Unctio fit in tempore. Et cur vocat ad extra,
 cum fiat in ipsa persona filij Dei.

Afferit: λόγος glorificari non per se,
 sed propter naturam humanam.

Respondeo. Sophistica est Sadeel: ne-
 gat enim glorificationem ad naturam humanā
 esse referendam: & tamen sic loquitur, quasi
 hoc velit. Vult videri syncerus, at non esse.

Adducit scholasticos.

Respondeo. Et si scholasticorum auctori-
 tatem non magni facimus: quantum tamen ad
 rem presentem, non sunt contra nos. Et Augu-
 stini regulam nos minimè reprobamus. Mone-
 mus autem hoc, ut adhibeatur non contra, sed
 secundum scripturam. Cur Lombardi verba ad-
 scripserit, mirandum est. Evertunt enim illius
 opinionem: nostram autem confirmant senten-
 tiam: quod scilicet Christus non primùm à re-
 surrectione

surrectione omnem potestatem acceperit, sed in ipso unione & conceptionis momento: plenariam verò ejusdem usurpationem demum à resurrectione ex mortuis.

Concedit naturam humanam glorificationem: sed tum aliter explicat glorificationem.

Respondeo. At non sic Christus: sed unam & eandem gloriam dicit: Iohan. 17. P. 223. Glorifica me, hominem: ea gloria, quam, ut 224. Deus, habui ab æterno. Vide Athanasium Oratione 2. & 4. contra Arianos, dictum hoc solide explicantem, & evertentem, quæ hic Sadeel produxit argumenta omnia. Suprà Cyrillus vocabat paternam gloriam: quam ὁ λόγος in hominem assumptum traduxerit. Porro artificium hoc est Sadeeliticum, Eine Zwickmèß: Quando glorificationem describit æternam gloriam: tum tribuit personæ, non naturæ humanæ. Quando cogitur evidentia scripturæ etiam carni adscribere glorificationem: tum aliter eam definit. Suprà idem fuit in capite de sessione ad dextram Dei: quam etiam aliam τῷ λόγῳ attribuit, aliam humanæ naturæ. Hæc autem annon verè est discerpere Christum & ipsius gloriam.

Caro glorificatur: Ergò ubique est.

Respondeo. Non sic: sed hoc modo: Ergò caro fit particeps infinitæ gloriæ, & infinitorum donorum, absq; sui eversione.

Concludit : Glorificationem Christi esse declarationem seu patefactionem gloriæ æternæ, à resurrectione.

Respondeo. Idem suprà dixit. Esti autem concedamus hoc Sadeeli in vero suo sensu : non tamen sequitur, quòd ipse vult : nimirum glorificationem non pertinere ad naturam humanam. Verùm hæc Christi verba perpendenda sunt. Iohan. 17. Glorifica me Pater παρὰ σενωσῶ, apud temetipsum, Quæ vocula tollit omne id, quòd Sadeel adduxit ad declarationem & patefactionem demonstrandam. Petitur enim glorificatio, non ut declaretur vel patefiat creaturis : sed παρὰ τῶν θεῶν, ait Christus, apud ipsum Deum. Hanc tam manifestam lucem verborum Christi, pure optimo, præferimus quibuscunq; illis arguis et acutis Sadeelis argumentationibus.

Nota : Secundum naturam humanam duntaxat & absolute.

Calumnia. Nemo nostrorum doctorum sic docuit : vel monstrat Sadeel locum, ubi repriatur. Ita enim dicimus : Christus juxta humanam naturam : ut sæpè repetivimus.

Ad syllogismum (Exaltatio Christi describit infinitam majestatem. Ea autem Christo competit secundum humanam naturam. Ergò humana natura Christi habet infinitam majestatem :) Respondit Sadeel, esse homonymiam in particula secundum.

secundum, pro qua ille substituit propter.

Sed de ea fraude nos supra monuimus. Nam quis exaltatus est? Christus: secundum quam naturam? Non juxta divinam, quæ exaltari propriè non potest: quia ipsa est sublimitas. Ergò secundum humanam: eam nempe, juxta quam & exinanitus, & passus, & crucifixus est. Vide Philip. 2.

Locus quartus. Coloss. 2.

πᾶρ πλήρωμα τῆς θεότητος &c.

Negligens hic videatur Sadeel. Brevis est: P. 216. & æquior nobis, quàm unquam aliàs. Concedit autem humanam naturam esse tanquam templum deitatis. Nos inferimus: λόγος non est extra suum templū: sicut anima, quando unita, non est extra suum corpus, &c.

Alioqui Sadeel hunc locum simpliciter accipit de unione personali. Vocem σωματικὸς dicit additam propter veteres hæreticos: qui propter corpus negarint Christum esse Deum.

Sed hæc tam Emphatica Pauli vocabula non ita leviter transilienda erant. πᾶρ πλήρωμα τῆς θεότητος. Totam plenitudinem deitatis in assumpta natura Christi, cum tota sua redundantia cumulatè admissam: ait Tertullianus. Et Leo: Totum corpus ejus implet tota divinitas, κατοικῆς, tanquam in templo suo inhabi-

inhabitat, ubi vult quæri & inveniri: sicut
 Arca Domini in sancto sanctorum. Vt explicat
 Augustinus epist. 57. quò affert collationem
 Paulinam inter umbram & corpus. Deitas
 umbratilitèr in templo habitavit apud arcam:
 At nunc in vero templo, in corpore Christi &c.
 Epiphanius: cum templum verbi esset, plenum
 erat deitate, $\sigma\omega\mu\alpha\tau\iota\kappa\acute{o}\varsigma$, id est, personaliter,
 ut vulgò accipiunt. Oecumenius interpretatur
 $\xi\upsilon\sigma\alpha\kappa\eta\kappa\acute{o}\varsigma$ ì $\sigma\iota\sigma\alpha\kappa\omega\mu\acute{\epsilon}\nu\omega\varsigma$. Theophilactus
 opponit τῆ ἐγγυσιᾶ. Cyrillus τῆ χέσα. Dama-
 scenus lib. 3. cap. 6. interpretatur τὸ $\sigma\omega\mu\alpha\tau\iota\kappa\acute{o}\varsigma$
 $\tau\acute{o}\tau\epsilon\sigma\tau\acute{\iota}$ $\xi\upsilon\sigma\alpha\kappa\eta\kappa\acute{o}\varsigma$ $\alpha\upsilon\tau\eta\varsigma$ in carne ejus. Ali-
 bi fusiùs insigne hoc dictum explicatur.

Arguit Sadeel: Si ex plenitudine dei-
 ratis sequitur omnipræsentiæ carnis Chri-
 sti: sequetur etiam æternitas.

Respondeo. Suprà responsum fuit de hoc
 argumentum ex distinctione τῶν ἐγγυσιῶν di-
 vinarum. Contineo me inter cancellos scriptu-
 ræ: non concludo nisi prævia scriptura: que
 cum neget carnem Christi æternam esse, nego
 ego cum illa: Cum asserat præsentiam corporis
 Christi in Ecclesia & sacramentis, adeoq; etiam
 in medio inimicorum, assero & illud ego cum
 ea. Idem de vivificatione: omnipotentia: ado-
 ratione, &c.

Locus quintus. Filius hominis
 est in cælo, Iohan. 3.

Respon-

Respondet Sadeel: 1. à persona ad naturam non rectè concludi, 2. Incommodum afferri: Humana natura de cœlo descendit.

Respondeo Ego, 1. κοινωμένος ille, à persona ad naturam, suprâ firmiter consuetatus est.

Ad 2. Nego consecutionem. Christus enim descendit de cœlo: non carnem suam cœlitus afferendo, quod Valentiniiani somniabant: nec localiter ex cœlo aliquo creato per spatiorum διάστημα se demittendo, cum sit infinitus, & cœlum & terram impleat Hier; 23. Sed assumendo in utero Mariae humanâ naturam quemadmodum alibi à Patre exisse dicitur. Iohan. 13. Sunt enim hæc Iohanni Evangelistæ τὰυτò: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: Et: Filius hominis descendit de cœlo. Virumque enim dictum loquitur de incarnatione. Quod ex symbolo Niceno evidens est: Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est. Descensus ergò hic meritiò includit humanam naturam: non excludit, ut opinatur Sadeel. Nec tamen sequitur quod ipse vult sequi. Error est ex falsa phraseos expositione. Opponit Sadeel glorificationem & unionem: tanquam contraria, cum sint ὑπάρδιχα: de quo vide suprâ.

Arguit: Si Christus tum fuit omnipræsens: non potest stare abdicatio (seu exinanitio).

Respon-

Respondeo. Imò utrumque stat. Christus enim quæ homo, etiam in statu exinanitionis, omnipræsens est ratione τῆς λόγῃς : id est : Humana natura à primo unionis momento ubique τῶς λόγῳ præsentissima fuit, nusquam absens : Nec tamen mundum gubernavit ante exaltationem ad dextram Patris, idq̄ propter exinanitionem. Igitur omnipræsentia corporis Christi, ratione λόγῆς, etiam in ipsa exinanitione potest consistere : At omnipræsentia, ratione creaturarum, qua humana Christi natura, creaturas præsens gubernat : hæc, inquam, in exinanitionis statu non fuit. Rursum ergo elenchus est τῶν ἀντικειμένων. Opponit enim Sadeel ea, quæ non sunt verè contraria.

P. 229. Ait Sadeel : Si locus (filius hominis descendit de cælo, Ioh. 3.) de omnipræsentia exponitur : referendus est ad quintum theoremata.

Respondeo. Theorema illud sic sonat pag. 201. Quædam dicuntur de Christo, homine, quæ secundum ejus divinam intelligenda sunt. Applica Sadeel : Descendere de cælo : ascendere in cælum : annè propria sunt divinæ naturæ ? quæ infinita est : quæ nec ascendit, nec descendit. Furor hic est : non simplex error. Nos dictum illud de incarnatione exposuimus : quam secundum divinam naturam tantum intelligere quid sit, ego fateor
me

me non intelligere. Incarnatio quippe carnis
 & includit, expressæq; nominat. Manet ergò ro-
 bur argumenti hujus inconcussum: Filius ho-
 minis in terris loquitur cum Nicodemo, Filius
 hominis est in celo. Non enim nudus λόγος
 in celo est: incarnatus autem λόγος in ter-
 ra: sed & hic, & ibi, & ubique λόγος incar-
 natus, Δεῦθεν ὤπι, Emmanuel.

Locustextus. Vobiscum sum,

Matth. 28. 18.

Emasculatus est Sadeel, nec vires respon-
 sioni sufficiunt. Primum κοκλύς. Deinde pne-
 vilis est.

κοκκυσμός est: à persona ad naturam:
 ut sape.

Puerilis lusus est in distinctione præsen-
 tiæ generalis & gratiosæ: quam sic opponit
 Sadeel, ut una alteram tollere debeat. Ita enim
 concludit: Dicta illa Matth. 18. 28. promit-
 tunt præsentiam gratiæ: Ergò nihil ju-
 vant omnipræsentiam.

Respondeo. Bene est Sadeel. Si enim
 præsentiam gratiæ sincere concedas: satis est
 nobis. Nihil à te amplius. Gratiiosa enim præ-
 sentia non tollit, sed præsupponit præ-
 sentiam generalem sive essentia. Quod in Deo
 ipso videre manifesto poteris. Neque nobis per-
 suadebis τὸν λόγον præsentem nobis, gratiam
 suam

P. 30.

suam in nos effundere per carnem à nobis absentem & longè remotissimam. Neque Vicarij utitur humana Christi natura in salute & gratia nobis communicanda : ipsa interim à nobis absens. Et Spiritus sancti missio & donatio tam non intervertit presentiam Christi hominis, ut vel maxime confirmet. Nisi eodem argumento absurdissime negaveris ipsius τὸ λόγος presentiam. Quid? quod conferre spiritum sanctum opus merè divinum est. Cyrillum igitur sadeel torquet in alienum sensum. Hieremia 23. Cap. 1.

Cyrillus probat Spiritum sanctum esse Deum, eò quòd omnia impleat.

Respondeo. Eadem divinitas probatur ex regeneratione, sanctificatione, remissione peccatorum, omniscientia &c. Neque tamen sequitur, ea humanæ naturæ Christi non esse communicata. Error est ex confusione τὸ ἁγιόσωτος καὶ ἡγεῖ ὑποστατικῶς.

Locus septimus. Omnia implet. Ephes. 4. & 1. &c.

Sadeel illud : Ascendit ad cœlos, ut impleret omnia : refert ad personam. Et explicat potissimum de donis in Ecclesiam collatis.

Respondeo. 1. Paulus loquitur non de Ecclesia tantum : sed expressam facit mentionem τῶν πέντε, omnium. Vide ipsum textum.

2. Refero

2. Refero banc impletionem, sicut & adscensum, ad personam: sed addo: secundum humanam naturam. Vt sit sensus: Christus iam non tantum diuinitat sua omnia adimplet, sed & humanitate: iuxta quam scilicet humanitatem ad caelos ascendit. Porro implere hic significat non solum praesentem esse, sed & gubernare, regere, administrare omnia.

Sadeel negat consequi: Omnia adimpleri Ergo est praesens corpore. De donis enim verbum adimplendi intelligitur.

Respondeo. Demus hoc Sadeeli (ex hypothesis) loqui Paulum de donorum impletionem in Ecclesia. Concludo ergo sic: Christus, quia homo est, implet sua maiestate & donis Ecclesiam. Ergo Christus, quia homo, est in Ecclesia praesens.

sed reuertit Sadeel: Corpus non est maiestas. Ergo non sequitur, Vbi est maiestas, ibi esse corpus.

Respondeo. Impletio illa, quam Sadeel dicit maiestatem, non est a corpore avulsa, sed cum ea conjuncta. Vt itaque recte concluditur: Anima operatur in corpore: Ergo est in corpore praesens. Sic ego concludo: Humana natura Christi operatur in Ecclesia, tanquam in corpore & membris suis. Ergo est in Ecclesia praesens. Non enim absens operatur per vicarios: quemadmodum rex imperat per alios.

S

Ait

Ait Sadeel: Realis corporis impletio
 P. 233. *est corporalis & ài duròs. Corpus Christi*
verò corporaliter non implet omnia.

Respondeo. Falsissimum est illud princi-
pium: Quicquid in corpore est vel sit realiter:
istud est corporale. Distinguedus enim est mo-
dus seu qualitas rei, ab ipsa rei essentia: qua de
re supra saepius admonuimus. Corpus uniuersum
est τὸ ἁλόγῳ: annè corporaliter? Minimè o-
mnit: siquidem de modo unionis loquaris: sed
inrosa tiliòs. Atq; sic etiam, nempe personaliter,
hoc est, unionis personalis vi omnia implet.

Christus omnia in omnibus implet;
Quis, ait Sadeel, de corporali impletione
intelligat.

Respondeo. Nemo nisi obstinatus ca-
lamniator. Non enim de impletione intelli-
gimus corporali, si quidem modum consideres:
sed personali, quæ congruat cum unione perso-
nali, ex qua causa & facultas hujus impletio-
nis promanat.

Esse extra: & implere valde incon-
stanter dicitur.

Respondeo. At ipse Deus est extra o-
mnia: & omnia implet. Quare inconstans est
Sadeel, qui sic inconstanter concludit.

Christus implet omnia: ait Sadeel, quos-
dam legere: impletur. N. sic stare: Christus
impletur omnia in omnibus. Quod quid
sit, cum non explicarit Sadeel, ego me fateor as-
sequi nondum potuisse.

Repe-

Repetit de donis in Ecclesia: sed vis
argumenti jam discussa est. P. 234.

Negat Sadeel: Christum secundum car-
nem omnia implere: idq; probare conatur,
Hebr. 2. Ephes. 4.

Respondeo. Id qui negat, totum con-
textum Paulinum pervertit. Qualis enim hoc
esset conclusio? Adscendit juxta carnem in cae-
lum: ut divinitate omnia impleret? Num di-
vinitas non implebat omnia, ante adscensum
illum, & absque illo? Quod ruis Sadeel? Quid
machinaris in Deum?

Ad locum Heb. 2., participavit carnem
&c.

Respondeo. Totus locus loquitur de lo-
yos assumente naturam humanam, & destru-
ente regnum diaboli.

Qui descendit, idem adscendit.
Ephes. 4.

Respondeo: Accipio de Christo, qui de-
scendere dicitur, cum incarnatur: ut supra ex-
posuimus. Sed hic est aliquid amplius: Descen-
dit in infimas partes terrae: quod expono, tum
de formatione sive conceptione in utero Virgi-
nis: (vide Psal. 139, vers. 15.) tum de infima
humiliatione & profundissima exinanitione.
Quid autem hoc ad probationem Sadeeleam?
Ut maxime enim ei concedamus omnia (ἐξ
ὑποθέσεως) est tamen argumentum à particu-
lari ad universale. Fallax igitur.

P. 235.

ΑΥΤΙΦΑΤΙΚῶς facit Sadeel: Corpus adscen-
dit: Et: est ubique.

Respondeo. Scriptura utrumque ponit.
Corpus Christi adscendisse: Et: Corpus Christi
distribui in cœna, adesse in Ecclesia, in medio
inimicorum, atque adeo ubique. Ergo non sunt
ἄΥΤΙΦΑΤΙΚᾶ. Quia Spiritus sanctus sibi non
contradicit.

Opponit rursum unionem & exaltatio-
nem.

Respondeo. Subordinata sunt, non ad-
versa. Uno fundamentum est. Exaltatio est
projectio ad plenarium usum.

Arguit: Corpus est vivificum. Ergo si
omnia implet: omnes homines vivifican-
tur: quod absurdum.

Respondeo. 1. Argumentatur Sadeel con-
tra conscientiam: Neque enim sincere credit
carnem Christi ἀνεργητικῶς vivificare, ut suo
loco vidimus & infra audiemus. 2. Vivifica-
tio non est carnis proprietas naturalis: sed ac-
tio est voluntaria. 3. Christus non tantum vi-
vificat, quâ homo est, sed etiam est iudex Io-
han. 5. 4. Denique si hoc sequatur de carne
Christi: sequetur etiam, & multo certè effica-
cius, de ipso Deo: nec tamen omnes homines vi-
vificantur.

Argutatur: Si corpus Christi omnia
implet: Ergo & os & animum omnium
implet.

Respondeo

Respondeo. *Garris sophista. Aliud est corpus adesse: & aliud est mihi vel tibi adesse. In cena non simpliciter adest: sed adest, ut manducetur.*

An verò non idem sequetur de ipso Deo. Sadee, quod concludis?

Porro, vox implendi de humana Christi natura non essentialiter accipitur, sed ὑποστατικῶς, ut supra dixi. P. 236.

Repetit de spirituali impletione donorum &c.

Respondeo. *Illam non nego, sed urgeo. & ita urgeo, ut dicam, eam præsupponere præsentiam Christi hominis in Ecclesia, non absentiam. Dona enim sua Christus homo confert, non per vicarios ipse absens, sed præsens.*

Distinguit adscensum Christi & Eliæ: sed nimis jejune. & leviter percensendo tantum quadam beneficia, quæ Christus nobis peperit.

Respondeo. *Quidni sic potius. Christus ascendit ὑπεράνω τῶν ἑσπερίων: factus cælis sublimior. Nihil horum de Elia. De Elia autem adscensu sic Eliseus. 2. Reg. 2. Non est, inquit, quod queratis eum in terra. &c. At hic Paulus: Ascendit, ut impleret omnia. Et Christus Matth. 28. Vobiscum sum, &c.*

Dicit Sadeel Θεοδοργάριος. Theologi- P. 237.
cum, cælum definire beatitudine.

Respondeo. 1. *An vox cæli semper denotet locum superiorem: judicent omnes, qui lege-*

runt sacra Biblia. Augustinus tam verè, quam
elegantè lib. 2. de sermone Domini: Si in cœ-
lis, inquit, tanquam in superioribus mundi
partibus locus Dei esse creditur: melioris meri-
ti sunt aves, quarum vita Deo est vicinior.
2. Quod ad adscensum Christi: Calumnia est
tribuere nobis opinionem, quasi sentiamus,
Christum non mutasse locum inferiorem cum
superiore. Credimus enim & historiam juxta
literam intelligimus de adscensu Christi: ut opus
non fuerit testimonijs, quæ Sadeel adducit. Sed
addimus simul illud: Christum etiam factum
esse sublimiorem cœlis.

P. 238. Calumnia est per totas paginas duas quam-
virulentè contra nos Sadeel effudit. Minime
239. enim eludimus dicta scripturæ, ut ille negat ure
Sed historicum & literalem sensum acceptamus.
Si accusasse sufficiat: quis erit innocens? Sed
symbolon hujusmodi hominum est: Calumnia-
re audacter: semper aliquid hæret.

De cœlo, regno Patris: gloria Dei:
Ecce an interdum σικωωνίους accipiantur: ma-
nifestum est, ex collatione dictorum scripturæ.
Matth. 18. Angeli, qui ministrent infantibus
in terris, dicuntur in cœlis videre faciem Dei.
Deus mittit e cœlis auxilium, exaudit de cœlo,
& spiritum sanctum cœlitus: aliaque consimilia,
quæ de certo loco intelligi non debent. Regnum
colorum & regnum D E I sunt ταινόν, Regnum
autem Dei est in fidelibus, qui in terris verfan-
tur.

zur, ait ipse Christus. Sed nolo hæc tractare hic
 fusius. Nec tamen hinc inferã semper sumi pro
 isdem. Pater noster qui es in Cælis. Profecto
 Cæli vox non significat hic definitum locum.
 Nam cæli cælorum non capiunt Deum. 1. Reg. 8.
 Tota scriptura exemplis abundat.

Innuat Sadeel, Stephanum vidisse Chri- P. 240.
 stum in cælis.

Respondeo. Plus nimirum Stephano,
 quam Christo tribuit: quasi Stephanus visiva
 virtute per firmamentum, ad summum usque
 cælum penetrãrit. Sic autem de cognitione ve-
 re Vi: Augustinus de hac visione: Stephanus,
 inquit, non corporeis oculis Dominum in cælo
 ultra firmamentum vidit, cum nullius hominis
 visus nullo modo eò pertingere possit. Sed de hoc
 alibi.

Locus octavus. Transfigu-
 ratio. Matth. 17.

Eludit Sadeel: non respondet. Statim
 enim pervertit. Queritur enim: An etiam ante P. 240.
 resurrectionem Corpus Christi habu- rit gloriã 241.
 divinam: quia eam non semper exeruit. Ne-
 gant adversarij. Affirmamus nos. Atq; ad affir-
 mationis hujus nostrã confirmationem inter a-
 lia, hoc quoq; asserimus argumentum, de trans-
 figuracione Christi in monte. Quare ad hunc
 scopũ dirigere Sadeel sua argumenta debuisset,
 non ita leviter transcurrere. Sed facit suo more.

Colligit multa absurda : quæ sequuntur . si Sadeelis argumentatio valere debet . Atqui ea est nibili . Affinit enim ille nobis . Est igitur calumnia . Repete hic , quæ suprâ ipse Sadeel proposuit de glorificatione : & iudica , num possint consonare . Recurrit etiam hic calumnia de corpore ubiq; diffuso , incircumscripto . &c .

Locus nonus . Nativitas Christi hyperphysica : Resurrectio , clauso sepulchro .

P. 242. Negat Sadeel , Mariam mansisse virginem in partu : sed adaperitum uterum :
243. idq; conatur probare testimonio Luc. 2. ex lege Mosaica : omne masculinum adaperiens uterum , erit sanctum Domino .

Respondeo . Videat Sadeel : quid faciat symbolo Apostolico : Ex virgine natus . Virgo enim non est , cui est adaperitus uterus . ἀπαργ-
θίον vocant veteres . Atqui ἀπαργθίον non est : si in partu virgo non fuit . Ad testimonium Lucæ respondeo : Sadeelem pervertere statum . Sanè Lucas ad Christum accommodat id dictū , non ad Mariam : idq; non totum , sed ejus tantum partem principalem , de primogenitura . Christus offertur Domino . Quare ? Quia erat primogenitus : juxta legem Mosis &c . Augustinus Epistola 3 . Virtus divina totum hominem in melius mutandum , nullo modo in dete-
rins

nus mutata sibi coaptavit, ipsa virtus per in-
violatæ matris Virginea viscera membra
infantis eduxit, quæ postea per clausa ostia
membra juvenis introduxit. Hic si ratio qua-
eritur, non erit singulare. Demus Deum aliquid
posse, quod nos fateamur investigare non posse.
In talibus rebus tota ratio facti est potentia fa-
cientis. Hactenus Augustinus: cujus verba
truncata Sadeel allegat pag. 244.

Negat Sadeel, Christum resurrexisse
clauso sepulchro: Contra totam piam anti-
quitatem: quam tamen audet, certè sine pudo-
re, pro se allegare. Quid autem hic vir non e-
luderet? Vide Augustinum sermone 160. de ostiis
clausis. De agone Christiano cap. 24. ubi ex-
presse contra naturam hujus corporis vide-
mus illud per clausa ostia intrare. Iustinum
quæstione 17. Ex monumento egressum, cum
saxum monumento impositum esset &c. Ele-
gans consideretur similitudo inter sepul-
chrum Christi & carcerem Apostolorum,
Actor. 5. ubi Angelus patefecit januam &c.
Nam illa delectare Sadeelem potuit: quasi sci-
licet idem factum sit Christo in resurrectione.

Pervertit statum. Fingit nos illis argu-
mentis velle probare ubiquitatem.

Respondeo. Minime: sed tantum hoc:
Christi corpus præsertim glorificatum, non esse
obnoxium legibus physicis, nisi quantum velit.
Candorem hic, & alibi, requiro in Sadeele.

Arguit: Corpus Christi fuit in utero, transit per lapidem. Ergo non fuit ubique.

Respondeo. A proprietatibus essentialibus non valet consecutio ad negandas dotes unionis personalis. Corpus fuit in utero: per veri corporis modum. Idem illud Christi corpus transit clausum sepulcrum: quia diuinitas corpus non dicitur esse in utero at in lapide.

P. 245. *Ait Sadeel: Cur non potius dicunt miracula facta esse de saxo, & de caelis penetratis, quam de Christi corpore.*

Respondeo: 1. quia scriptura id non facit. 2. quia nobis agendum est de Christi corpore, eiusque conditionibus & proprietatibus, non de saxo aut caelis. 3. quia omnes circumstantiae evincunt, miraculum non in saxo, clausis ostijs, in caelo, sed in ipso Christo evenisse. De quo quia in loco proxime sequenti plura dicenda erant, nolo hic esse prolixior.

Corpus non posse a corpore penetrari absque continui solutione: ait Sadeel, de corporibus inferioribus, terrenis & crassis intelligendum esse.

*Respondeo. Quero hinc: qualenam Christi sit corpus? Nam si Apostolo credimus, est *πνευματικόν*, quia glorificatum, 1. Cor. 15. *ἰμὸ θεϊκαὶ*, quia personaliter unicum, *τὸ αὐτὸ*. Quale non est inferius, non terrenum, non crassum. Ea enim omnia etiam in glorificatis corporibus negantur, ut infra videbimus: *proinde**

proinde corruunt ista omnia, quæ ex corporum conditionibus contra majestatem Christi hominis Sadeel hactenus disputavit.

Quod ait Sadeel de cœlis penetratis, esse curiosam eorum quæ supra nos sunt indagacionem. Eleganter convenit in disquisitionem istam Sadeelean: Verè curiosam, *Esa, 64.* de loco beatitudinis electorum: de quo sic ex Propheta Apostolus: Oculus, inquit, non vidit, auris non audivit, & in cor hominis non ascendit. *1. Corinth. 2.* Quæ affert de cœlis apertis: quod quidem proprie accipit, videat, quomodo conciliare possit cum illo Christi, *Ioh. 1.* Ab hoc tempore videbitis cælum apertum, & angelos Dei adscendentes super filium hominis. Notat Sadeel in margine. *Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3.* ubi de Christi baptismo agitur. Et *Act. 7.* ubi de Stephani visione. Mirum si hæc testimonia confirmare opinionem Sadeelis, vel videri possint. Istud de cataractis cœli nullius roboris est, quod ipse agnoscit. Est & homonymia notanda. Cælum enim pro ipso aère, & æthere interdum accipitur.

Nonne futurum est, inquit Sadeel, post resurrectionem, ut glorificata beatorum corpora cælum pertranscant, ut æterna ac cœlesti vita perfruantur.

Respondeo, Unde hoc Sadeel? Num etiam id, quod non est, potest pertransiri? Sic enim

enim post Prophetam & Petrum Iohannes in Apocal. cap. 21. Vidi cælum novum, & terram novam. Primum enim cælum, & prima terra abierat: & mare non amplius extabat. Et ipse Christus: Cælum, inquit, & terra transibunt. Matth. 24. Quod quidem futurum est, non post resurrectionem mortuorum, sed, ut ait Petrus, 2. Epist. 3. ad adventum diei Domini, in quo Cæli conflagrabit, & elementa astantia liquefcent. Sed cælos novos ac terram novam secundum promissum, expectamus, in quibus iustitia inhabitat. Quæ pregnantia verba si Sadeel attentius considerasset, non erat ista de cælo, quod pertranscundum sit glorificatis corporibus post resurrectionem, propositurus. Sed & definitio Apostolica cæli notanda est, in quo iustitia inhabitat, inquit Petrus. Suprà Sadeel flagellabat eos, qui cælum beatitudine definebant. At certè, ubi inhabitat iustitia, ibi salus & beatitudo.

De dimensionibus & circumscriptione, quas perimi, ait, omnipræsencia corporis: diximus suprà, quantum satis est.

Locus decimus. Clausæ

Januæ, Iohan. 20.

Ait, Origenistas abusos hoc exemplo, negantes resurrectionem veri corporis.

Respon-

Respondeo. *Attendendum quid verum sit: non quomodo alij abutantur. Ne tota scriptura nobis pereat: qua nimium heretici abutantur. Quia tollatur abusus, & usus maneat.*

Nota contradictionem: in miraculis nunquam rerum ipsarum essentiae perimuntur: licet aliquando forma immutetur. Atqui forma causa interna & essentialis est. Item: ex aqua fit vinum. Aqua igitur non est amplius. Ergo aquae essentia perempta est. Idem de baculo mutato in serpentem.

Summa responsionis Sadeelis huc credit: Ianuas ingredienti Christo per miraculum paruisse. Addit: Ex miraculis non posse colligi ubiuitatem.

Respondeo. *Pervertit statum. Queritur enim: An corpus Christi, etiam post resurrectionem sit obnoxium naturae legibus: ut ultra & praeter naturam nihil possit? Hic pro affirmatione, stabilienda affertur à nobis, inter alia exemplum de transitu per clausa ostia. Igitur non erat attendenda ista conclusio: Ergo Corpus est ubiq;. Sed pingit & fingit Sadeel hasce larvas, ut habeat, quibus cum pugnet.*

Deinde abutitur Sadeel patrum testimoniis: qui profecto nihil minus sentiunt, quam quod ipse vult.

Iustini testimonium mutilavit. Totum autem sic habet. Quest. 17. Quomodo corpus Christi πικρυγετες, quod crassis constat partibus,

tibus, clausis ostijs est ingressū? Respondeo, sicut ambulavit in mari: non mutatione corporis in spiritum, sed divina sua virtute. Ita ingressus inquit: Palpate, & videte &c. Ut ostenderet, se non mutatione corporis in spiritum ex monumento egressum, cum saxum monumento impositum esset, & ad Apostolos januis clausis ingressum, sed cum corpore $\omega\alpha\chi\upsilon\mu\epsilon\sigma\varsigma$, divina sua potentia, $\pi\omicron\lambda\iota\tau\iota\kappa\acute{\alpha}\tau\omega\pi\upsilon\pi\epsilon\varsigma\ \phi\upsilon\sigma\iota\varsigma$, &c.

Conferantur hæc Iustini verba cum Sadecelis opinione: & judicetur, quam candidè alleget veteres. Ejusmodi testimonia plura invenies apud plerosq; Patres.

Theodoret: dial. 2. Epiphanium in Anconato: Resurrexit ex mortuis, non ampliùs sub tactum cadens: non ampliùs clausis januis ab ingressu prohibitus, sed ingrediens foribus conclusis. Contrectatus tamen à Thoma ne phantasia putetur, sed veritas, &c. Augustinus Epistola 3. & sermone 159. Si per ostia clausa intravit, ubi est corporis modus? Recedant paulisper modus & pondus, Ille hæc fecit, cui nihil est impossibile. Chrysof. homilia de Baptista. Cyrillus in Iohannem lib. 12. Christus omnipotentia sua natura rerum superata, clausis foribus, cum corpore suo ingressus est &c.

P. 250.

Arguit: Ingredi, & ubique esse, sunt $\alpha\upsilon\tau\iota\phi\epsilon\tau\iota\kappa\acute{\alpha}$.

Respondeo, Sadzeli quidem videntur: sed

sed

(sed non sunt Christo. Distingue τὸ ὁμοῦδες ἵσος
ἴσος αὐτῶν, ut sæpe supra.

Confert ingressum Christi ad discipu- P. 271.
los, & cœnam.

Respondeo. Faciunt id Patres suo con-
silio, & pie: omissis istis argutijs & vanis so-
phisticationibus. Nos ita uno verbo responde-
mus: Christus corpore suo adest in cœna sua:
ut manducetur: non ut conspiciatur & ma-
nibus tangatur &c.

Locus undecimus. Ἄφαυτος

ἐγένετο. Luc. 24.

Negat Corpus Christi factum simpli- P. 272.
citer invisibile.

Respondeo. Neque ego hoc dico: τὸ ἐ-
φαυτόν enim refertur ad eum, qui videre de-
bebat, non simpliciter ad rem ipsam. Relata
namq; vox est, non absoluta. Quanquã autem
hoc ita est: rectè tamen hinc colligo: falsum es-
se, quod asserunt adversarij: ubicunq; corpus
Christi est, ibi esse αἰσθητόν & videri. Epipha-
nius in Ancorato: Resurrexit ex mortuis; in-
quit, non amplius sub tactum cadens &c.

Neque argumentum hoc ad ubiquita- P. 273.
tem asstruendam adhibetur, ut fingit Sa-
deet: sed ad demonstrandum, multa fieri in
Christi corpore ultra & præter naturam juxta
illud Augustini: Ille hæc fecit, cui nihil est im-
possibile: qui de corpore suo fecit, quod voluit.

Consi-

Considera authorem & tolle dubitationem.
Hactenus Augustinus. Frustrà ergò labora
Sadeel retorsione ad absurda. & pugnat secum
ipse. Nòstra certè sententia ea nunquam fuit.

P. 254. Negat, Corpus Christi Iudæis factum
invisibile, Luc. 4.

Respondeo. Miror cur neget: cum omnes
circumstantiæ tantum non clament: & Patres
idem sentiant.

P. 253. Si corpus, inquit, fieret invisibile na-
turà (quod ablit) certè desineret quidem
esse corpus.

Respondeo. *Videri est merum accidens
corporis. Sive enim videatur, sive non videatur,
verum manet corpus. Quare vim hic facit
Sadeel ipsis philosophis. An enim elementum
ignis non est corporeum, quia à nobis non videtur?
At enim oculorum sæpè hebetudo visum
etiam intercipit. Et spiritualia cerni oculis cor-
poreis in hac vita non possunt.*

Locus duodecimus. Appari-
tio Stephani & Pauli. Acto-
rum 7. 9. 15. 22.

P. 255. Observa hoc argumentum esse oppositum
blasphemie illorum, qui dicunt, Deum non posse
efficere, ut unum corpus sit in duobus locis
simul. Et adversarij publicè testati sunt: Si de-
monstretur corpus Christi eodem tempore in
duobus

duobus fuisse locis: tum se palmam nobis porrektoros. Itaque mittitur hypothesis aduersario- rum: nec simpliciter concludit ubiuitatem, ne falso asserit Sadeel. Et ut uniuersa Sadeelis sophismata uno ictu corruant, sic ego rem totam propono.

Si corpus Christi simul esse potest in duobus locis: potest etiam esse ubique, absq; sui destructione. Atqui corpus Christi simul esse potest in duobus locis. Ergo &c.

Propositio est hypothesis aduersariorum.

Assumptionem probō: quia fuit simul in celo & in terra. In celo fuisse aduersarij non negant, imò vehementer urgent, ante extremis diem nusquam, nisi in celo, corpus Christi querendum esse, ex dicto Actuum 3. *ὅτι ἦν ἑκατόν* *δέκατος*, perperam intellecto. In terra simul fuisse probant apparitiones in Actis.

Porro quod attinet apparitiones illas, Paulinas praesertim (De Stephano enim paulo superioris dictum fuit) eludere eas quidem Sadeel conatur, sed valde infeliciter.

ὁραματά dicit fuisse: & *ἡ ἰκσις*: item caelitis auditam vocem.

Respondeo. Paulus ex istis apparitionibus probat resurrectionem mortuorum. 1. Corinth. 15. *Visus est mihi est*, inquit Christus, ergo ne *ὁραματά* tantum fuit? Act. 9. dicitur *ἠὲ τὸ ὄραμα φῶς* &c. *Lux à caelo*

non in celo visa est: sed ut Ananias ait: *in vi
 ad d' i' h' x' s' in via d' p' d' e' i' s' d' m' o' d' s' visus est Ie-
 sus: (d' i' s' d' x' d' e' a' m' a)* non autem in via ca-
 li laeica: sed via prope Damascum. Act. 18.
 dicitur. *sanctus d' i' d' p' r' i' m' a' t' d' s' :* sed additur mox:
h' r' a' e' m' i' p' e' t' a' t' d' s' . Caput 22. Act. confera-
 tur cum 9. cap. Act. Dicitur enim eum re-
 liquos vidisse lucem, & audisse vocem: sed non
 intellexisse. Non ergo in celo: sed in terris ea
 fiebant. Quod de ecclasi ibi habetur: non periti-
 net ad rem presentem: sed ad visionem aliam.
 Hoc verò urgemus maxime, quod est cap. 23.
 versu 11. *d' n' i' q' i' d' s' t' r' i' a' s' e' u' r' t' a' .* adstant
 Paulo in castris. Quid hic Sadeel? Tacere ni-
 mirum maluit, quam causam suam magis ma-
 gisq; prodere.

Coccysinum repetit Sadeel: Si corpus es-
 set in terris, esset ad spectabile.

Respondeo. *Quae est ratio consecutionis?*
In via Damascena videbat eum Paulus & ita
videbat, ut quareret, quis esset? Nec ceteri
tamen comites videbant. Ambrosius de Christo:
Licet ubique sis, inquit, & stans in medio no-
strum, non cernaris à nobis: Erit tamen tem-
pus, quando uniuersa caro te adspiciet rever-
tentem. Hebr. 2. Nunc nondum videmus ei
omnia esse subiecta.

Locus decimus tertius. Non bi-
 ham amplius vobiscum Matth. 26.

Secd

Sed & hic alienam attexit Sadeel conclu-
sionem argumento proposito. Illud enim tan-
tum hinc concluditur à nobis: Christum statim
post resurrectionē fuisse in gloria cœlesti. Quod
cum Sadeel non neget: ut tamen materiam ha-
beat sophisticandi, statum pervertit: quasi ad
ubiquitatem illud argumentum à nobis adhi-
beatur. Quod vitium utinam non esset tam fre-
quens Sadeeli?

P. 257.

Contradictio notetur: Negat Sadeel, at-
tractus etiam testimonijs: Christum ante ad-
scensionem receptum in cœlestem glori-
am pag. 258. Eadem pagina dicit, immorta-
litatem & gloriosi corporis qualitates,
quibus humana natura Christi in resur-
rectione excelluit, pertinere ad regnum
Patris. Quid autem est contradicere sibi, si
hoc non est? Porro vide glorificationem,
Matth. 17. 2. Pet. 1.

P. 258.

Videtur concedere regnum Dei Patris non
includi cœlo, sed ad ipsas etiam terras pertinge-
re. Quod si verū est: quomodo consent ea, quæ
supra de cœlo Dei locali fuisse disseruit.

Locus decimus quartus. Non co-
gnoscimus Christum secundum
carnem 1. Corinth. 5.

Calumniatur Sadeel: quasi voce carnis
veritas humanæ naturæ intelligatur à no-
bis

P. 259.

T 2 bis

bis: quod est falsissimum: sed accipimus de carnalibus cogitationibus: atq; opponimus illis, qui iuxta cogitationes huius seculi Christum in caelo locant: tanquam arce quadam augusta & regali, alibi ut esse corpore suo non possit: quia scilicet Caro non intelligat, quomodo unum corpus sit pluribus in locis simul.

Quod Sadeel attexit: hinc non probari ubiquitatem. Respondeo. Verum esse illud: sed mirari me, cur tam absurda asserere nobis auri argumenta, que novit non sic à nobis usurpari. Nam, solenne id est Sadeeli per totam hanc tractationem, pervertere statum & in delirere.

Retorsio calumniam habet contra veram Christi hominis in Ecclesia presentiam: & accusationem Eutychianisui. Sed responsum fuit, quoniam satis est.

Epiphanius in compendiarie doctrina de fide sic interpretatur hunc locum Pauli: Etiam si cognovimus Christum secundum carnem, at nunc non amplius cognoscimus: non quod carnem separavit à deitate, sed quod ipsa quidem maneat, & Deo connita sit, non autem amplius secundum carnem sit, sed secundum spiritum &c.

Locus decimus quintus De vivificatione Iohannis 6, 1.

Iohannis 1.

Argu.

Argumentum hoc quia valde insigne est: pauca prænitemus. Principalis scopus est, P. 261. probare realem communicationem idiomatum divinorum. Syllogismus hic esto: ex cap. Iohannis: & Concil. Ephes. Vivificatio est proprietas divina, Deo essentialis. Vivificatio est communicata Carni Christi. Ergo Quaedam proprietas divina communicata est carni Christi. Major in confesso est & à nobis supra exposita. Et ipse Sadeel ex Ambrosio: quis inquit, abnuat, vivificare esse maiestatis eterne? Minor est Christi Ioha. 6. Conclusio itaq; vera est. Atq; hac stante conclusione: vicinus: quam si destruxerit Sadeel, porrigam ei herbã. Nec obest nobis eius particularitas. Infringit enim illud Sadeelis universale. Nihil quod est essentia divina communicari potest creaturæ. Nihil potest esse proprium, si communicetur: Et alia eiusmodi, qua ille vocat theoremata seu axiomata Theologica. Atq; hinc illud etiam observatum dignum est, quomodo intelligenda et explicanda sint huiusmodi pronunciata. Quicquid vivificat, Deus est. Quicquid omnipotens est, Deus est, &c. Ita enim illa resolvenda erunt ex superiore syllogismo. Quicquid vivificat: aut Deus est, aut Deo personaliter unitum. Quicquid omnipotens, adorandum, omnipræsens, omniscium, &c. est: illud est aut Deus, aut Deo personaliter unitum.

Dicuntur enim ita omnia de Christo, quatenus Deus est, essentialiter: quatenus homo est, personaliter, per & propter unionem personalem.

Quam observatione, utilem sanè et necessariam ubi argumentis Sadeelicis adhibebimus, errorum crassus detegitur, in falsa nimirum oppositione τὸ filij Dei, et Carnis: Hoc modestius Dei vivificat: Ergò non caro filij Dei: Sicuti videbimus. Porro, ut manifestū etiā fiat, quomodo ex carnis Christi vivificatione presentia eius in Ecclesia demonstretur: ita propono.

Vivificatio Carnis Christi, ita describitur
 Iohannis 5. & 6. 1. Quod divina natura τὸ Χόρσ per carnis suae traditionem in mortem, mundo vitam restituerit. 2. Quod per eam credentibus vitam aeternā largiatur & imperiet. 3. Quod corporali sua voce & contactu mortuos in Evangelica historia suscitavit. 4. Quod universalis resurrectio mortuorum fiet voce filij hominis. Et per hominem resurrectio mortuorum. 1. Corinth. 15. Argumentum igitur tale erit. Christus fideles in Ecclesia vivificat, regenerat, in carne sua, cum carne sua, per carnem suam. Fit autem ea vivificatio & regeneratio non in caelo Emphyreo, sed in Ecclesia in his terris, ubi habitat Christus in cordibus fidelium. Ergò caro Christi non ab Ecclesia absens, sed in Ecclesia praesens est. Quo loco figmentum adversariorum notetur, qui carnem Christi canalem vocant
 pra-

(præter & contra scripturam) per quem vita in nos defluit: Fontem vitæ dicunt λόγος esse, & ex quo per carnem vita ad nos derivetur. λόγος autem ubiq; est præsens: sed canalis ille tantùm in cælo, ut fingunt isti. Quare ex ea opinione plauē sanatica, fons vitæ nobis præsens, emittit rivulos, qui per canalem longè à nobis remotissimum deferre ad nos debent. Sed borret animus ista recitatione.

Redeo ad Sadeelem.

Sadeel ad argumentum respondet. Deitas P. 261. est causa efficiens vitæ: ratio verò & modus nostræ vivificationis fuit oblatio carnis Christi in cruce.

Respondeo. Annè & jam vivifica caro Christi est. Non enim amplius offertur in cruce. Dicendum itaq; fuerit Sadeeli: Caro Christi fuit vivifica: idq; in cruce: non: caro iam est vivifica. Verum nobis ex 6. cap. Iohannis: Caro Christi vivifica est non tantùm merito: sed etiã efficacia. Nam datur caro Christi dupliciter. 1. Vi victima pro mundi vita. Ecce meritum: 2. Quando audientibus Evangelium, & credentibus datur, ut per eam & in ea habeant vitam æternam.

Arguit Sadeel: Filius vivificat: Ergo non caro. Deitas est causa efficiens vitæ. Ergo non humana natura. P. 262

Respondeo. Filius Dei nos redemit: Ergo non caro. Filius Dei salutem est nobis promeritus:

tus: Ergò non caro. Cur carnem excludis Sadeel, ac non potiùs includis? Elenchus est oppositorum. Subalterna hæc sunt, non aduersa. Et filius Dei vivificat: Et caro Christi vivificat, quia est filij Dei caro. λόγος per essentiam; Caro λόγος per unionem personalem.

Ad testimonium Synodi Ephesinae respondet Sadeel: Caro vivificatrix est, quia caro verbi vivificantis omnia.

Respondeo ego: Rectè & verè adeoq; Orthodoxè hæc dicuntur: sed sensum perversum affingit Sadeel. Ipsi enim ea locutio tantum valet: Caro est vivifica: id est: Caro est Filij Dei caro, qui est vivificus. Quæ præstigia sunt soboles Nestorij. At non sic sentiunt Patres Ephesini, Sadeel, sed judicant: vim vivificantis carni communicatam esse: idq; inde, quia hæc caro sit unita hypostaticè filio Dei. Quæ de re Canones testantur Ephesini concilij, & imprimis Cyrillus. Vide Cyrillum in Iohannè lib. 1. cap. 15. lib. 2. cap. 144. lib. 3. cap. 37. lib. 4. cap. 14. 15. 18. 22. 24. Propter seipsum spiritus vivificat: ad cuius virtutem per conjunctionem caro conscendit, lib. 10. cap. 53. Caro vita facta unigeniti caro, ad virtutem vitam ducta est, propterea in nobis facta interitum à nobis expellit. Idem de recta fide ad Theodosiam: Quomodo, inquit, vivificat caro? secundum unionem cum vivente verbo: quod & sua natura bona propria corpori communis solet facere. &c. Sanguis

Sanguis Christi purgat nos ab omni peccato.

Respondet Sadeel, resolvendum esse; Christus per sanguinem suum purgat. Dicit: confundere nos subalterna, cum causa efficiente.

Respondeo: Suprà opposita ipsi hæc erant: Filius Dei vivificat: Ergò non caro. Hic subalterna sunt. Quid verò tandem tutum est ab hoc homine? quando nec verba tam expressa sacra scripturae tuta sunt? Suprà Eurychianè fuit: Caro Christi est præsens in Ecclesia: quia locutio abstracta. Hic locutio abstracta est (ut Scholastici vocant suo more) Ioh. 6. (id est nomine nature notata, non tamen extra, sed in unione & respectu unionis) & tum est sensus alius. Negari hoc est & sacris ludere. Quæro enim, sanguis Christi annon est causa efficiens nostræ à peccatis emundationis. Eisi enim hanc vim emundandi à peccatis ex se non habet, habet tamen ab unito τῷ λόγῳ. Sed negat hoc Sadeel: & ita negat, ut si ipse verum dicit, necesse sit plurima scripturae dicta, consolationis plenissima falsa esse. Quod absit.

Absurda colligit Sadeel: Ait. Corpus Christi de caelo descendisse. P. 262.

Respondeo. Ego, inquit Christus. Ego. Persona descendit de caelo, Sadeel, non Caro. Corruptit textum: & pro ego substituit Caro, τὸ σῶμα.

Item: Caro seipsam obtulit.

Respondeo. *Falsarius est Sadeel. Quam ego dabo, ait Christus: Non dicit: Caro seipsam dabit.*

P. 263. Negat consequi: Caro est vivifica: Ergo omnipræsens.

Respondeo. *Quid hinc sequatur; & quomodo verè sequatur, paulò ante dictum est. Hoc saltem concedat Sadeel, consequi hinc realem idiomatum communicationem. Et cum vivificandi vis, quæ certè infinita est, non destruat naturam carnis: judicet Sadeel de principij sui infirmitate; Finitum non capit infinitum; & agnoscat falsa esse, quæcunq; supra magno impetu contra realem communicationem idiomatum effudit. Illud autem & hic falsum est, Carnem vivificare patièdo & morièdo: Addo enim ego ex scriptura: imò vel maxime mortem vincendo & resurgendo &c. Atque vel hoc solum argumentum testimonium dicet contra Sadeelem, esse ipsam quæ dicitur angustior, & nolle veritati dare locum.*

P. 264. Arguit: Caro Christi actu vivifica est: & actu non est vivifica.

Respondeo. *Distinguo inter actum naturalem & personalem. Vivifica est, actu personali. Nam vivificatio non est facultas seu proprietas carni naturalis.*

Sed regerit Sadeel: Vivificum esse non confit.

constituit humanam naturam : quemadmodum finitum & circumscriptum esse.

Respondeo. Neque hoc constituit humanam naturam : sed est quoddam consequens rem constitutam. Nec enim ad materiam pertinet, neq. ad formam : sed est necessarium corporis consequens, ut sit finitum. & certas habeat essentiae suae dimensiones & metas : quae de re supra satis dictum est. Et quid hoc ad rem? Sufficit enim nobis, demonstrasse, quod vivificatio non sit proprietas corporis, sed ex alia causa proficiatur, nempe ex unione personalium λόγῶν, qui vita est. Quae de re quid statuendum sit, patet ex superioribus:

Concludit Sadeel tandem rogans judicari P. 166. praevio verbo Dei Χωρίς ἠσχηματῶ. Idem haecenus factum sit, judicet quilibet. Profecto in refutatione argumentorum nostra partis non praebuit se Achillem Sadeel, ut res ipsa testatur. Saepè in eo candorem requiro : saepè studium veritatis statum pervertere nimis esse illi frequens. Et corrumpit patrum dicta, & depravat. Vbi libet, rejicit. Sed satis de his sequitur

DE OBJECTIONIBUS
ex patribus Caput quintum.

Prefatur : non peti ἐποδῆτικὰ argumenta a Patribus; promittit breviter. P. 166.

Recitas

Recitat Obiectiones 14: ad quas deinceps sigillatim ordine respondet. Videamus.

P. 267.

Respondet in genere. 1. Ex testimonijs veterū non concludi ἀποδεντικῶς 2. Nemo veterum dixit: Corpus omnipræsens.

P. 268.

Respondeo ego: ad 1. Ad ostendendum Ecclesiarum nostrarum consensum veteribus uti nos patrum testimoniis: retinentes firmiter pro canone & norma fidei solam Scripturam Canonicam.

Ad 2. respondet ipse Sadeel pro nobis supra in præfatione. Sic ego quidem, inquit Sadeel eorum scripta interpretor, ut si quando corpus omnipræsens dixerunt, perinde sit, ac si dixissent: Corpus eius, qui est omnipræsens. Hactenus Sadeel sibi ipsi contrarius. Sed & vehementer urserunt veteres præsentiam corporis in cœna: Et negarunt διὰ σακτοῦ inter λόγον & corpus &c.

Ait: non rectè argui ab honore, maiest. &c. ad omnipræsentiam.

Respondeo. Imo optimè concluditur: Christus, quā homo, est omnipotens. Ergò potest rationem invenire, ut sit, iuxta promissionem suam præsens suo corpore ubi vult.

Nec est illud obliquum differendigenus, ut appellat Sadeel: sed verum, rectum, & fundatum in sacris literis & legibus logicis.

P. 269.

Negat, quenquam esse veterum, qui dicat corpus Christi esse omnipræsens.

Respon-

Respondeo. *Contrarium ipse dixit supra in prefatione: ex qua paulò ante verba adscriptimus. Si nemo est, qui id dicat, Sadeel frustra sudasti in cudenda explicatione huius locutionis: corpus omnipræsens. Sed extant mediocri numero collecta, hac de re, Patrum testimonia. At verò ex omnibus Patribus NEMO est, qui in sacra domini cœna, quæ in his terris celebratur, in conventu Christianorum neget veram corporis Christi præsentiam.*

Veteres, ait, deificationem corpori attribuerunt salvis proprietatibus essentialibus.

Respondeo. *Idem & nos facimus. Vtrumq; enim dicimus ex scriptura cum patribus: Corpus Christi est et manet verum corpus. Et: Corpus Christi præsens est in Ecclesia propter unionem. Porro de deificatione supra disputatum est.*

Posita corporis omnipræsentia: tollitur corpus.

Pag. 1703

Respondeo. *Minimè. Probet hanc suam connexionem Sadeel: vera enim sunt illa Christi, de pane cœnæ benedicto: Hoc est corpus meum. Item: In medio eorum sum. Vobiscum sum. & ait. Veterum testimonia detorta esse à nobis.*

Respondeo. *Assume de te Sadeel, & tuis complicibus, & verissimum dixeris. Demonstra*

id Orthodoxus consensus, quem vocant: in quo sunt crimina falsi, quam plurima, corruptele infinita, depravationes innumerabiles: ut patet ex ejusdem solida confutatione.

Monet de periculosis phrasibus.

Respondeo. De his non pugnamus. At inde non sequitur: quicquid palato Sadeelitico non sapit, id, contra Scripturæ & Patrum sensum, leniendum & emolliendum esse.

P. 171. 1. Deificationem explicat de ipsa unione.

Respondeo. At non sic veteres: de unione tantum, sed deificationem sigillatim etiam ad naturam humanam retulerunt. Unio reciproca est: de utraq; natura in concreto. Deificatio non est reciproca. Ergo non est ipsa unio. Vide supra.

Notetur phrasis Theodoretii de humana natura: ἐσθ' ἑσὸν πνεῦμα καὶ σὰρξ. Hanc enim impugnabat Sadeel supra tanquam periculosam.

2. Corpus participat divinam dignitatem.

Respondet Sadeel: De unione dici.

Respondeo ego: At noluit sic Iustinus intelligi, de sola unione absq; κοινωνία: sed simul de vera & reali communicatione, absque tamen vel confusione, vel exaequatione. Ad quod explicandum adhibet eodem loco Iustinus comparationem a sole & primogenita luce. Locus apud Iustinum est prolixior, sed insignis admodum. Sub finem ait Iustinus. Divinam nature

curam aliter esse in Patre, ratione ὁμοείας,
aliter esse in creaturis omnibus extra ὁμοείαν,
aliter verò in templo assumptæ juxta humane
naturæ, κατὰ τὴν εἰδικὴν φύσιν &c.

3. Corpus Christi est ὁμοίωμα deitatis.

P. 272^b

Respondet Sadeel: id esse verum: sed
non hinc sequi ubiuitatem.

Respondeo ego: Suprà negavit id Sadeel
p. 77. & magnâ vehementia negavit. Nunc
videri vult concedere, convictus Patrum testi-
monijs: sed profectò non id facit sincere ut pa-
tet ex ipsis ipsius verbis & collatione eorum,
quæ suprà pag. 76. 77. disseruit. Quomodo ve-
rò id faciat ad omnipresentiâ, inde judicetur:
Quia organon vivificationis & regenerationis
non abest, sed præsens adest is, qui vivifican-
tur & regenerantur. At illi in terris sunt.

4. ἕνεκεν divinis caro locupletata P. 272.

est, ἵνα ἡμεῖς ἐκ τῆς χάριτος αὐτοῦ ἴμεθα ἁγιοποιούμενοι.

273.

Respondet Sadeel, ἕνεκεν illas non esse
Deo essentielles, sed dona præstantis-
sima;

Respondeo ego: Atqui negat id Damas-
cenus expressè. Sic enim lib. 3. cap. 7. propriam
suam excellentiam (ὁμοίωσιν ἀποχρημά-
των) carni communicat. Propria verò Dei
excellentiâ certè essentialis est, non finita aut
creata. Suprà Sadeel dixit contrarium in dis-
tinctione τῆς ἕνεκενίας καὶ τῆς ἀποτελεστικότητος
& pag. 78.

Coccyssimus



Coccyismum repetit, quasi evertatur humana natura, si sit particeps divinatorum idiomatum.

5. Caro nitescit dignitatibus divinae majestatis.

P. 273. Respondet Sadeel: De unione intelligi. At negat id Cyrillus de sola unione: & negat ipsa unionis ratio. Unio namq; ut jam saepe dictum, reciproca est. At hic reciprocatio nulla. Non enim recte dicitur: Quemadmodum caro nitescit dignitatibus divinae majestatis: Sic divinitas succumbit injurijs carnis. Sic enim Cyrillus in Iohannem lib. 4. cap. 23. Non enim ad corruptibilem suam naturam junctum Dei verbum detraxit, sed ipsa ad melioris virtutem elevata est.

Depravat Sadeel phrasin nat' a'do: de qua vide supra. Et repetit absurda sua: de everfione corporis, conversione in divinitatem, de aeternitate &c. Sed illa singula fuere supra examinata.

P. 274. 6. Deus confert naturae suae operationem humanitati.

Respondet Sadeel: unionem intelligi.

Respondeo ego: Minime. Alias sequeretur: Hominem vicissim conferre naturae suae operationem divinitati: quod Sadeel ipse rejicit.

Atqui probat Sadeel testimonio Cyrilli,

Respon-

Respondeo. Cyrilli verba clariora sunt, quam ut sophisticè sinant se obscurari. Nec tamen sequitur, quod vult Sadeel. Rationem autem dividimus ex Cyrillo, argumento proximo.

Dicit Sadeel, se concedere operationes $\alpha\theta\epsilon\omega\varsigma$ adminiculo carnis fuisse editas.

Respondeo. Lubricè id dicit, & incautè. Suprà enim negavit expressè carnem communicari quicquam, quod sit Deo proprium. Imò p. 77. scribit: Horribile dictu esse, humanam naturam, quæ finita est, esse instrumentum divinæ omnipræsentiæ & infinitatis.

Ait veteres loqui de $\alpha\theta\epsilon\omega\varsigma$ ad re- P. 276.
demptionem spectantibus.

Respondeo. Atqui illa profectò infinita sunt. Absit enim ut dicamus, humanum genus finita aliqua $\alpha\theta\epsilon\omega\varsigma$ redemptum esse, sed infinita potentia filij Dei Domini nostri Iesu Christi. Deinde lubricè hæc dicuntur. Nam $\alpha\theta\epsilon\omega\varsigma$ vivificandi denegat carnem Salvatoris, ut suprà vidimus. Quomodo igitur redemptionis $\alpha\theta\epsilon\omega\varsigma$ sincere illi tribuat.

7. Corpus Domini divina gloria reple- P. 275.
tum.

Respondet Sadeel: Dona incomprehensibilia accepit humana natura, sed quibus non destruat. De his ergò dictum illud accipit.

Respondeo ego: Esse hoc contra mentem
Theodo-

Theodoreti, cui divina gloria non significat ali-
quid creatum, sed ipsam gloriam Dei propriam,
& infinitam; id quod verba proxime sequentia
apud Theodoretum clarè indicant. Quantum
dominus à servis differt, inquit, & quod illu-
minatur ab eo qui illuminat: (tantum scilicet
Homo Christus differt glorià à sanctis etc.)

Arguit autem Sadeel: Si emittit Corpus
Christi radios omnipræsentiæ, ut omni-
præsens sit: etiam emittet radios æterni-
tatis, ut æternum sit.

Respondeo, Consecutio negatur. Aeternum
corpus Christi esse negat scriptura. At in Eccle-
sia et alibi præsens esse Christi corpus scriptura
asserit. Et suprà nervus huius argumenti in-
suetus est.

ἡ λογικὴ φύσιν ἀνθρώπου ἐν ἑαυτῇ
ἐν se reduxit.

Respondet Sadeel, intelligendum de
arcuissima unione personali.

Respondeo ego: Atqui eam mentem
verba Cyrilli non præ se ferunt neque patiuntur.
Sic enim idem Cyrillus lib. 8. in Iohann. cap. 1.
Naturæ humanæ proprium est accipere à Deo,
ut homo igitur per gratiam à deitate accipit,
quæ ut Deus naturaliter habet.

κοινωνίᾳ τοῦ θεοῦ ἐν ἑαυτῇ
naturæ conditio et veritas ferre potest.

Respondeo, Quasi verò, si ita statuat Sa-
deel, necesse sit everti humanam naturam: si
divini

divinis operationibus ornetur. Frustra metuit Sadeel tam vel eversionem vel confusionem.

Nondum enim omnipotentia divina modum enensus est, ut nōrit, quid Deus isto corpore possit vel non possit.

9. Corpus accepit vitam vivificantem.

Respondet Sadeel: Sic dici, quia Christus pro nobis carne passus, per ipsam carnem nobis vitam confert.

Respondeo. Lubricè hoc dictum est.

Quæro enim Caro Christi ànne credentibus etiam applicet vitam? Quæro iterum: An caro vivificet ea vivificandi vi, quæ sit essentialis τῷ λόγῳ? Negat enim hoc Sadeel, negant adversarij cæteri omnes. Satis enim ipsis est, Carnem patiendò & moriendò in cruce vitam promeruisse nobis. At minimè sic de vivificatione Cyrillus, cuius hæc sunt verba ἐμφοτικώτατα ex cap. 13. lib. 4. in Iohannem. Qui (de Christo sermo est) ἐnaturali vita emanavi, & homo factus vivo, corpus meum vita replevi. Non aliter, qui carnem meam manducat propter me vivet. Mortalem enim carnem assumpsi: sed quia naturaliter vita existens in ipsa habito, totam ad vitam meam reformavi.

At Sadeel: Christus non vivificat, quia est omnipræsens: alioqui omnes vivificaret.

Respondeo. Agnoscit hic Sadeel disci-

men idiomatum divinorum ad extra: quod supra multis argumentis negavit, ubi egit de hoc argumento: uno idiomate communicato omnia communicantur. Ad quam propositionem ego hic subsumo. Idioma vivificationis communicatum est carni Christi. Ergo &c. Quid hic negabis Sadeel? Addo: quod CHRISTVS vivificat non absens, sed presens: Nec naturaliter, sed pro sua voluntate. Denique si caro est medium, per quod vita nobis datur: non oportet illud medium esse tantum in caelo, sed in terris etiam, ut per id vita ad nos, qui in terris degimus, promanet.

P. 277. 10. Ἀδύσθ' univit sibi carnem in unam majestatem.

Respondet Sadeel, de unione intelligi adversus furores Nestorij. Atque hæc quidem responsio satisfacere debet plarisq; omnibus hisce objectionibus.

Sed Epiphanius in unione sola non subsistit, verum aliquid amplius proponit, realem nempe divine majestatis communicationem. Sic enim idem in Ancorato: σὺν δὲ ἀναμύσθεις, inquit, σὺν μὲν γὰρ τῆς θεότητι, terrenum corpus unâ cum deitate potens efficiens. Vbi notetur δὲ ἀναμύσθεις communicatio: quam carni Christi denegant adversarij, cum concedant τῆς θεότητι.

Alioquin, ait Sadeel, sequitur confusio naturarum.

Respon-

Respondeo: Ea non sequitur ex nostra doctrina: sed illud somnium est Sadeelis & sociorum.

II. Δόξος reddidit hominem assumptū dignam communionē in divinitate.

Respondet: De unione personali intelligitur. Ecquid autē aliud habes Sadeel: prater hanc responsonem unicam: quam ipse vias non congruet cum vera Patrum mente & verbis? Sic enim idem Eusebius lib. 4. demonstrat: Evangelica, c. 13. Verbum ex seipso quidem sua communicabat assumpto homini: non autem vicissim ex mortali ea, quæ ipsius sunt, in se recipiebat. Et divinam quidem virtutem seu potentiam (Quδ εἰς δὲ ὁμοιωσῶν) mortali subministrabat: non autem vicissim ad consortiū mortalitatis natura Δόξος detracta est.

III. Humana natura facta est à DEO P. 278. Christus & Dominus.

Respondet Sadeel, intelligi non de humana natura seorsim, sed de Δόξος incarnato.

Respondeo. Deus fecit Iesum Christum & Dominum. Quæro: juxta quam naturam? Non secundum divinam: quæ est immutabilis. Ergo juxta humanam. Sic enim idem Athanasius Oratione 2. contra Arianos. Quod igitur, inquit, & quomodo exaltabatur, qui, priusquam exaltaretur, erat altissimus? Et quomodo accepit, quod semper habuit, priusquam accipe-

ret? Non enim verbo propter carnem, sed car-
ni propter Verbum Καρνίου accessit, &c.
Cui suffragatur Epiphanius lib. 2. Tom. 2. con-
tra Arriamanitas: Quapropter, inquit, Domi-
num & Christum Deus fecit, id, quod ex Maria
conceptum & deitati unitum est. *Habenus*
Epiphanius. Non igitur tam facile de Arianis-
mi suspicione se purgabit Sadeel, ut putat. Par-
trum testimonijs. Pervertit enim illa & detor-
quet in alienum sensum, menti Patrum contra-
rium.

Ait Sadeel: sequi ex nostra sententia:
Christum esse tantum hominem.

Respondeo. Negatur consecutio. Non
enim dicimus: Humana natura absolute & se-
orsum facta est dominus & Christus. Sed: Je-
sum fecit Christum et dominum. Personam igitur
supponimus: sed addimus iuxta humanam
naturam.

Pag. 279. 13. *Dextra Dei unitum sibi homi-
nem; in Propriam evertit celsitudinem
per unionem.*

Respondet Sadeel, describi unionem.
Et locum intelligi de Ἐξυψώθη ; alio-
qui sequi, carnem esse Deum.

Respondeo. Verba non ferre eam
explicationem. Sic enim paulo ante *Nessenus*:
Deus exaltari non indiget, cum sit altissimus.
Humanitatem igitur exaltatam intelligit Pe-
trus: exaltatam autem per id, quod Dominus

Christus factus est. Vide etiam sequentia
ibidem. 2. Non sequi absurda, quæ vult Sade-
el: ut supra sæpe dictum. 3. Sadeelem sibi con-
tradicare. Supra enim negavit: Humanam na-
turam Christi per unionem sedisse ad dextram
Dei: sed per adscensionem ad cælos.

Reprehendit hoc: Caro etiam evecta P. 289
ad dextram: quod sic corrigit: persona est
evecta.

Repondeo. Imò persona est evecta ad
dextram Dei: sed juxta humanam naturam.
Deitas enim evehi non indiget cum sit altissi-
ma. Non igitur sequitur absurdum, quod opi-
natur Sadeel.

14. Caro facta est particeps deitatis. P. 281.

Respondet Sadeel, de unionem intelligi:
ex qua dona consequantur præstantissi-
ma, sed non infinita.

Respondeo ego: Eam responsionem mi-
nime satisfacere tam manifestis Basilij verbis.
An enim deitas significat dona finita? Sic au-
tem Basilius: Humana Domini caro, inquit,
ipsa particeps facta est, particeps deitatis, non
autem propriam suam infirmitatē particeps
communicavit seu tradidit deitati. Hactenus
Basilius. Profecto qui Patrum testimonia in-
spicit & considerat accuratius, ei jocari vide-
tur Sadeel, tam nudis & nihili responsionibus.
Certè enim Patres sic non senserunt. Sed hæc
hactenus.

- P. 281. De voce $\pi\epsilon\gamma\chi\omega\sigma\eta\sigma\iota\varsigma$ disputat Sadeel;
 282. quam concludit notare arctissimam unio-
 nem: nihil autem facere pro reali idioma-
 tum communicatione.

Respondeo. Verum non ita Damascenus, & Cyrillus & Irenaeus (Nam fuit & ab istis Patribus ea vox usurpata) ad solam unionem accommodarunt: sed & ad effectum unionis: id quod vel hinc est manifestissimum, quod scribit Damascenus lib. 4. cap. 17: Manens etiam post unionem tam natura ipsa incommixta, tam earum proprietates inhabefacta; Caro autem Domini divinis operationibus ditata est, τὰς δὲ ἰδίας ἐπεγενήσθη ἐν ἑαυτῇ.

- P. 282. τῆς. Quae verba posteriora cum intelligeret Sadeel totam suam de $\pi\epsilon\gamma\chi\omega\sigma\eta\sigma\iota\varsigma$ conclusionem evertere, non iudicavit consultum hoc apponere. Debuisset sane: si quidem Damasceni mentem exprimere voluisset. Videantur autem & caetera Damasceni testimonia in lib. 3. de orthodoxa fide cap. 3. 5. 7. 15. 17. Et Irenaei lib. 3. cap. 12. Et Cyrilli de incarnatione unigeniti cap. 8. Sicut ignis carboni affixus in illum penetrans comprehendit ipsum &c. Idem intellige & de Christo &c. Sadeel respondeat nobis ad hoc: quae & qualis, & quanta sit $\pi\epsilon\gamma\chi\omega\sigma\eta\sigma\iota\varsigma$, cum $\alpha\lambda\omicron\gamma\epsilon$ in terra existens & ubique, non nisi in uno aliquo caeli spatio naturam humanam sibi praesentem habet, ex mente Sadeelis & sociorum. $\pi\epsilon\gamma\chi\omega\sigma\eta\sigma\iota\varsigma$

is non patitur tō extra : ut λόγος dici de-
beat esse extra carnem suam in terris. Dama-
scenus & Cyrillus comparationes addibent a-
nime & corporis. & ferri igniti, de quibus su-
pra fusiū dictum fuit.

In syllogismo ἀπαγωγικῶς Sadeelis Elen- P. 284.
chus est consequentis. Non enim sequitur : 285.
Caro est particeps deitatis. Ergo caro est
DEVS : multo minus : Caro est deitas.
Cur non sequatur, supra suo loco dictum est.
Scriptura certē sic non concludit : quicquid
etiam Sadeel argumentetur. Neque sancti pa-
tres sic concludunt. Itaque Sadeelem contra
Scripturam & Patres, ex solo suo & sociorum
ingento & opinione argumentantem nos non
ferimus. Atque hactenus de objectionibus ex
Patribus.

C A P U T VI.

Colligit Sadeel testimonia antiquitatis pro P. 286.
sua opinione confirmanda : que magnam par-
tem talia sunt, ut responsione nulla indigeant.
Loquuntur enim de differentia tum natura-
rum, tum essentialium proprietatum, in per-
sona Christi. Quam differentiam absit ut quis-
quam verē Christianus neget. Sed argumen-
tum, quod hinc textu Sadeel, fallax est. Ita enim
connectit : Naturæ & earum proprietates
distinctæ sunt & manent in Christo: Ergo

nulla

V s

nulla

nulla est realis communicatio idioma-
tum. Respondimus supra quantum satis vide-
batur. Quae quidem responsio hic repetenda
fuerit. Videamus autem ordine dicta Patrum,
quae allegat Sadeel, singula: & brevissime ab-
solvamus.

Dictum Athanasij 1. & 2. loquuntur de
essentia capacitate: quam & nos negamus.
Si simpliciter Sadeel intelligere vult, etiam de
carne Christi: pugnant contra ipsam unio-
nem. Porro quae sit Athanasij tum de ipsa unio-
ne, tum de idiomatum communicatione constans
& perpetua sententia, luculentissime potest ex
ipsius contra Arianos orationibus cognosci: ut
ex alijs etiam operibus. Supra aliquot ipsius
testimonia habuimus maxime illustra.

Ad Cyrilli verba ipse Cyrillus optime re-
spondebit: qui in Nestorianis recte reprehen-
dit, quod unionem desinebant aequalitatem di-
gnitatis, in Christo facientes alterum & alte-
rum. Quid autem nostrae sententiae cum hoc
monstro commune est? Operam det Sadeel cum
suis, ut tam sit à Nestorio alienus, quemad-
modum nos sumus, per Dei gratiam. Cyrilli
de hoc negotio sententia vel ex uno hoc ejus te-
stimonio clarissima est: de recta fide ad Theo-
dosium: quomodo vivificat caro? secundum
unionem cum vivente verbo: quod & suae
naturae bona proprio corpori communia so-
let facere.

Nulla res, quæ propria Dei opera
sunt, facere potest, nisi essentialiter Deus
sit. P. 287.

Respondeo. Accipio de omnibus crea-
turis, quæ sunt extra Christum. At caro Chri-
sti, quæ in persona re^æ d^æys subsistit, non ex-
tra: an hæc caro, inquam, huic sententiæ
subjecta est? Et quomodo vivificabit? à pec-
catis mundabit? mundum gubernabit? &c.
Hæc enim omnia sunt verè opera solius Dei.
Cyrillus hanc suam sententiam non accommo-
dat ad naturam humanam Christi, quemadmo-
dum facit Sadeel. Pervertitur ergo ipsius mens.

Iustinus. Respondeo. Corpus manet
corpus, & tamen est, vivificum adorandum?
quia Dei corpus. Repetatur hic similitudo Iu-
stini de sole & luce primigenia.

Tertullianus. Respondeo. Neque nos
dicimus carnem Christi evacuatam, sed exor-
natam divina majestate. Et notet Sadeel hæc
verba, quæ citat ipse: Carnem Christi ad dex-
tram Patris præsidere. Suprà enim aliquoties
ea vehementer allatravit.

Damascenus. Respondeo. 1. loquitur
de essentiali seu subjectiva susceptione. Com-
municatio verò idiomatum personalis est.

2. Vivificatio est proprietas d^æys, quæ
communicatur carni, nec tamen fit mobilis in
transitu. Non enim in aliud subjectum
transit.

3. Manse

3. Manserunt & post unionem tam naturæ ipsæ inconfusæ, quam earum proprietates illæ.

Respondeo. Immediate sequuntur hæc verba apud Damascenum, quæ Sadeel decurtavit: Caro autem à Domini divinis operationibus ditata est. Quid autem manifestissime dici pro nobis possit?

Decretum concilij Chalcedonensis.

Respondeo. Proprietates servantur: & tamen est *noivovia*. Non enim egrediatur subiecta. Eadem responsio satis facit & alteri.

Cyrillus. Respondeo, i. Virtus corporis an est à corpore avulsa? Et num virtus corporis est infinita? quia semper adest omnibus. Capax ergo corpus Christi est infinitum donorum: quod omni conatu oppugnat Sadeel. Loquitur autem Cyrillus de visibili conversatione, quali in terra usus est Christus, cum inter discipulos suos conversaretur. Quid Cyrillus de præsentia Corporis Christi in Cæna & Ecclesia sentiat. Vide in Iohannem lib. 4. cap. 14. lib. 11. cap. 25. & maxime lib. 11. cap. 26. ubi vocat corporalem unionem ad Christum, qua participatione carnis acquiritur. Spiritualem vero unionem appellat, qua Spiritu sancto recepto, et inter nos quodammodo et cum Deo unimur. Vide etiam cap. 27.

Hieronymus. Respondeo. Adscensio in v. at. non impedit Christi hominis præsentiam:

qua de re supra fufius. Vide Hieronymum in 17. caput Ieremie. Et in Epitaphio Paulæ: item ad Philip. 2. cap. et ad Pammachium.

Hieronymus: ftultum est illius potentiam unius corpusculi paruitate finiri, quem non capit cœlum. &c.

Respondeo. Omnia hæc Hieronymi, eodendunt, τὸν λόγον non esse factum finitum ex unione cum finita carne: id quod à nobis etiam negatur. Porro, quæ sit Hieronymi de omnipræsentia mens & sententia, non opus est ex obscuris coniectare phrasibus, sed constat clarissimis testimoniis. Afferuit Hieronymus (sed perperâ) sanctorum ubiuitatem: & neget omnipræsentiam Christi, quæ homo est? & quod hic ait: Deus totus ubiq; est, dicat Sadeel: totusne in carne λόγος, vel totus extra? pro nobis ita respondet Apostolus: tota plenitudo deitatis habitat in Christo (id est corpore Christi tanquã templo) σωματικῶς. Coloss. 2. Nec tamen quisquam dixerit sanus finiri λόγον paruitate corpusculi &c.

Sequens dictum loquitur de essentiali natura. P. 219.
varium discrimine: quod & nos urgemus contra Eutychem: pertinetq; ad primum gradum ἁνωσιῶς: de quo consentimus.

Omnia quæ erant deitatis in hominem demigrasse:

Respondeo. Contra Eutychem dictum est afferentem essentialem transfusionem & demigrat-

migrationem proprietatum divinarum in carnem assumptam : à qua cum simus alienissimè mi, quid opus est sibi accusatone.

P. 189. Irenæus. Respondeo. Testimonium id insigne est, maxime si ea, quæ præcedunt, conjunxeris. Quæ verò per Deum est illa conclusio? Ergò Christus est omniscius secundum deitatem. An forte sunt, qui id negent? sed negare hinc Sadeel conatur. Christi, quæ homo est, esse omniscium. At suprà concesserat. Negat ergò & affirmat, quando ubi libet. Absit autem ab Irenæo ut omniscientiam Christo homini deroget; quin asserat potius firmissimè: ut patet ex hoc ipso loco & testimonijs alijs clarissimis. Afferat enim hic Irenæus, Christum unctum esse Spiritu Dei, secundum quod erat ex radice Jesse, & filius Abrabæ &c.

Tertullianus: Virtutes Spiritum Dei; passiones carnem hominis probaverunt.

Respondeo: Distinguit proprietates, & ex ijs naturas: quod idem & nos facimus in primo gradu $\kappa\omicron\lambda\upsilon\omega\upsilon\iota\kappa\varsigma$.

Conclusio autem Sadeelis quidnam sibi vult? Ergò miracula Christi ad ipsius divinam naturam referenda. Sanè divina natura operatur miracula: sed ex hac origine ad ipsam etiam carnem vis miraculorum promanat. Quod etsi suprà videri volebat non negare,

gare, negat tamen hic obliquo isto concludendi genere, quod cum ipse frequenter usurpet, capere tamen audeat in nobis, ut scilicet Achiu plebantur, quicquid reges delirant.

Ad Tertullianum porrò quod attinet, ait ille de Trinit: spiritus venit super Christum, habitans in solo Christo plenus ac totus, cum tota sua redundantia cumulatè admissus. &c. Ergò cum λόγος humana natura omnipræsens est: quia extra eam λόγος ne cogitari quidem debet.

Nazianzenus. Respondeo. Natura-
les describit proprietates. Quid autem illud P. 289.
contra communicationem idiomatum? Vtrun-
que enim scriptura ponit. Sadeel autem tollit
alterum. Nazianzenus Epistola 1. ad Cledoniu-
um. Si quis dixerit deitatem λόγος nudam esse
à corpore, & non cum corpore, quid assump-
psit, esse, ac rediturum: non videat gloriam
adventus ejus.

Theodoretus. Respondeo. Corpus e-
verti negamus, vel ejus substantiam mutari. P. 289.
290.
si maxime dicatur esse præsens in Ecclesia. Non-
dum enim omnipotentia limites fixit Christo
Sadeel, ut non possit corpus suum sistere ubi ve-
lit. Theodoretus dialog. 2. Corpus Christi man-
sit quidem corpus, verum divina gloria imple-
tum. Idem Psal. 21. Clarum est, quòd quate-
nus homo, est caput nostrum, &c. At certè, Sa-
deel, caput non est à corpore suo avulsam.

Fulgen.

Pag. 290.

Fulgentius. Respondeo. 1. Mansit veritas corporis: et tamen accepit vivificationem, omnipotentiam &c. 2. Distinguntur naturales proprietates, sicut & nos distinguimus: Retinemus enim differentiam proprietatum: & tamen est *κοινωνία*.

Cyrillus. Respondeo, 1. Non negat praesentiam carnis, quae est ex unione: sed eam, quae est carni essentialis. Adscensus autem non impedit praesentiam, sed promovet. 2. Locum seu ubi etiam nos corpori Christi tribuimus in caelo, sed negamus hinc consequi: non posse Corpus Christi, iuxta promissionem, esse praesens in cena & Ecclesia.

P. 291.

Nicetas. Respondeo. proprietates corporis minimè tollimus, sed servamus in ipsa etiam unione & *κοινωνία*.

Augustini locus prolixior est: cuius ac-
Pag. 291. curata explicatio requiratur ex refutatione Or-
282. 293. thodoxi consensus pag. 37. 105. 289. item: 26,
&c. Ego breviter respondeo. Corpus Christi nō est in terris praesens praesentia corporis, id est tali praesentia, quae pendeat ex modo corporis seu essentiali proprietate corporis: Verū praesentia Maiestatis, id est, quae depēdet ex unione personali et sessione ad dextrā DE I, Atque hoc manifestū evadit ex allegatione dicti: Ego vobiscū sum. Vbi certè non excluditur humanitas, sed necessariò includitur: quemadmodū totus ibi contextus evincit. Nec movet nos Sadeelis responsio,
maiestas

in majestatem referentis ad divinam naturam. Quæro enim ego: Annon particeps illius divine majestatis Caro per unionem facta est? Quod quia negare nemo Christianus debet: firma perstat nostra sententia: Christum quæ homo est, præsentem esse Ecclesie modo majestatis, seu dextræ DEI. id est, præsentiam illam dependere ab unionem hypostatica & sessione ad dextram DEI. Porro quæ sit Augustini hac de re sententia: colligi vel hinc satis potest, quod Sacramentum cæna constare dicitur duabus rebus: pane, vino: Et: Corpore et sanguine Christi invisibili. Sed hæc omnia fusiùs in Orthodoxi consensu refutatione.

Corpus Christi in uno loco esse o. P. 294.

potest,

Respondet. Potest. Hoc sensu. Etsi corpus Christi in cælo tantum est visibile: in Ecclesia invisibile: tamen si vult potest certe Christus corpus suum visibiliter exhibere in uno aliquo certo loco: quemadmodum Paulo se videndum obtulit in via Damascena Act. 9.

Cætera Augustini dicta loquuntur de corpore naturali, secundum naturales proprietates. ubi nos etiam consentimus. At non hinc sequitur: Ergo corpus Christi vi unionis hypostaticæ non potest adesse Cæna & Ecclesie. Sed enim philosophicè etiam ultima cæli sphaera non est in loco: quia à nullo alio corpore ambitur: alioqui

P. 294.

295.

alioqui progressus fuerit in infinitum. Sed hoc alibi fufius.

De fontibus errorum.

P. 196. 1. *Κοινωνία ἰδιωματῶν.*
 Respondeo. Nos non ex hoc loquendi genere, sed ex firmis scripturae testimonijs nostra doctrinam extraximus. Vtimur autem etiam pie antiquitatis consensu, quando congruit cum scriptura.

Ἦν κοινῶν ἐς num tantum transitive accipiatur, supra monstravimus. Ipsi Sadeelis socij hac parte multum à Sadele dissentiunt. Atque hæc Cyrilli & Damasceni phrasıs: *ἀ-γ-γ-ε* communes facit glorificationes & operationes suas cum carne. Iustinus utitur verbo *μεταλαμβάνειν*: Eusebius *μετὰ ἰδόναι*. Athanasius *πληροῦν*. Basilius *κοινωνεῖ μετὰ ἰδόναι*, *μετέχει*. Damascenus *ὡδότης* &c.

P. 297. 2. Distinctiones illa pleræque ex scriptura sunt desumptæ, & Patribus etiam usitatæ: quas nondum expugnavit Sadeel, ut maxime vocet *obscuras*, *ἀντιφατικὰς*, contrarias scripturae. Non enim probavit: ut patet ex superiore disputatione, suo loco.

Respectus, quos tollit Sadeel, si non sunt: unio salva esse non potest.

An duo sint actus in corpore Christi, naturalis & personalis, demonstratum esse P. 298. *scio, sic ut nisi concedat Sadeel, necessario tollat unionis mysterium.*

3. Significatio propria nominum certe à Sadeete & socijs ejus pervertitur, non à nobis, ut quod tota praxis sacramentaria abundè testatur.

4. Quod ipsum de obscuris loquendi generibus verum est, quæ operculum sunt Sadeete & sophistices, id quod sæpè est à nobis annotatum.

5. Confusionis præsentis & subsistentiæ reus est Sadee, quod perspicuis ipsius verbis demonstravimus: non nostri doctores, qui ista tanquam causam & effectum distinguunt. Quod attextitur de ratione unionis, diximus eam esse non in sola proprietatum conservacione, sed etiam noivovic.

6. Nec excurrimus extra propositæ quæstionis metas, sic colligendo: Christus, quæ homo, potest esse ubique: Ergò & in Ecclesia & cœna. Sed pervertit Sadeel statum. Directum enim illud argumentum est contra blasphemam illam vocem: DEVM omnipotentia non posse efficere, ut unum corpus sit simul in duobus locis.

7. De phrasium proprietatibus idem respondeo, quod ad caput 3. de proprijs signifi-

cationibus nominum. Porro accuratè distinguimus inter τὸ esse DEI, & esse humane naturæ Christi, sive simpliciter, sive cum adjectione.

8. In unione urgemus & τὸ ἀδιασάτως & τὸ ἀσυγχύτως. Sadeel τὸ ἀσυγχύτως sic urget, ut neget τὸ ἀδιασάτως. Facit enim manifestam διασάσιπ inter λόγον & carnem: banc quidem uni loco in cælis alligando, istum infinitis locis extra carnem asserendo.

9. Regula Sadeelis (Quædam dici de Christo, quæ seorsim nec ad λόγον, nec ad humanam naturam pertineant.) lubrica est, & operculum est impietatis. Conatur enim Sadeel excludere hoc prætextu humanam Christi naturam ab omnibus divinis operibus & honoribus. Suprà autem hoc etiam theorema examinatum fuit.

P. 301. Ad generalem conclusionem respondeo: Negando antecedens. Nec enim scripturis nititur Sadeelis dogma, nec ἀναλογία fidei: nec argumenta nostra soluta sunt. Igitur quod ille assumit (falsò) de suo errore: Id ego verè applico ad nostram veram sententiam.

Augustanæ Confessionis & Libri Christianæ Concordiæ doctrina de Iesu Christo, DEO & Homine, consentit cum Verbo DEI, cum analogia fidei, cum testimonij primitivæ Ecclesiæ. Ergò vera est.

DEVS,

DEVS, qui est Veritas,
conseruet nos & sanctificet in
veritate sua per Iesum Chri-
stum saluatorem nostrum: cui
sit laus & honor & potentia,
& maiestas, & gloria in
secula seculorum,
AMEN.

Ἐνεσθῆναι καὶ ἁγιασθῆναι.

